This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

CATALOGUS

MANUSCRIPTORUM CODICUM

COLLEGII CLAROMONTANI;

QUEM

EXCIPIT CATALOGUS MSS^{um}.

DOMÛS PROFESSÆ

PARISIENSIS.

PARISIIS IN PALATIO,

Apud { SAUGRAIN, ſub Signo Bonæ Fidei coronatæ.
LECLERC, ſub Signo Prudentiæ.

M. DCC. LXIV.

Digitized by Google

MVSEVM BRITANNICVM

Digitized by Google

LECTORI.

DElicias eruditorum, haud mediocrem videlicet ac non vulgarem Manuſcriptorum Codicum ſupellectilem, exhibet is uterque Catalogus. Quâ ratione & quo ſtudio fuerit confectus, etſi perlegenti ſatis patebit, tamen hic exponere non erit otioſum. Et quidem ad plenam rei librariæ quam recenſet notitiam quæcumque conferunt, eorum nihil prætermittere curæ fuit. Atque ob eam rem uniuſcujuſque Codicis non modo ætas & forma; ſed ſtatus & moles nec-non Operum quæ complectitur nomenclatio deſcripta eſt; tum ſi quod Opus nondum typis vulgatum fuerit aut ità eſſe opinamur, id notare ſtuduimus. Quâ in parte hanc etiam adhibuimus diligentiam, ut prima Operis verba repræſentaremus, ob frequentem nempe titulorum in variis exemplaribus varietatem. Utinam verò ſibi ſic temperaſſent antiqui amanuenſes, ut quas lucubrationibus ſuis Authores indiderant epigraphas, earum pro arbitrio mutandarum licentiam non uſurpaſſent! Eſt & aliud or-

Digitized by Google

tum ab ipſis, longè pejus illud quidem nec infrequentius, malum, cui medicinam itidem pro re natâ facere operæ pretium duximus. Spurios enim graviſſimis Scriptoribus ac tantis perſæpe nominibus indignos foetus obtrudere non dubitarunt, haud parvo criticæ relicto diſcriminis negotio. Pari quoque propemodum in vitio ſunt qui Authorum nomina deſcribendo neglexerunt; atque in partem cenſuræ veniunt ipſimet Authores quibus aliquando, mediâ præſertim ætate, ſatis eſſe viſum eſt primâ nomen ſuum litterâ declarare. Quorum quidem ſupplere vices, quoad ejus fieri poteſt, enitimur, cum in anonymos aut propè ſimiles incidimus libros. Quid quod homonymos diſtinguere Scriptores ac illorum, quos premit obſcuritas, ætatem, ſi quo pacto illam aſſequi licet, ſignare curavimus. Hæc fortè non levia videbuntur; at necdum hic ſtetit labor noſter. In ſcripturis enim haud minus operæ quam in Scriptoribus & ſcriptis impendimus. Species illarum diverſæ quas offendimus, ſedulò notatæ ſunt à nobis; nominibus eas convenientioribus appellavimus; denique ut conſpicua ſit tibi, Lector, noſtra de hoc argumento doctrina, ſummam hujus acci-

Digitized by Google

pe. Univerſam ſcribendi rationem ad quatuor capita revocamus, nempe Quadratam ſeu Capitalem quæ per rectas, quatenus litteræ fert natura, lineas procedit; Uncialem quæ rotunditatem quamdam affectat, ac velut uncinis terminatur Minuſculam cujus in Typographiam uſus nomine Romanæ migravit; Curſivam tandem definitione quâvis notiorem. Ab his fluxerunt apud Græcos Ionica, Dorica, Italica; ab his apud Latinos Romana, Longobardica, Merovingica, Carolovingica, Capetiana, Hiſpanica, Saxonica & aliæ complures quas enumerare longum eſt, Unum hîc monere ſufficiat, nullum ſcripturæ genus à nobis magnitudine litterarum ſed figurâ circumſcribi.

Poſtrema demum accuratio noſtra verſata eſt in deſignandis Muſæis è quibus Codices in eam quæ nunc deſcribitur, Bibliothecam commigrarunt. Neque porrò futilis aut ſupervacanea videri debet iſta ſedulitas. Quo enim pluris fiunt illa venerandæ antiquitatis monumenta, eo ſcire magis intereſt unde ac per quorum manus ad nos uſque devenerint.

Ad Ordinem à nobis inſtitutum quod attinet, illum è Regiæ Bibliothecæ Catalogo mu-

Digitized by Google

tuatos nos eſſe facile quiſque animadvertet. Quod ut libenter profitemur, ita ſilere nefas ducimus officia clariſſimorum virorum D. *de Guignes* & D. *Bernard*, quorum alter linguarum Orientalium, ut nemo neſcit, peritiſſimus, Arabicorum ac Sinicorum Codicum; alter Regius Hebraïcæ linguæ interpres, Rabbinicorum notitiam nobis ſuppeditavit.

Alia nonnulla ſunt ab aliis collata nobis adminicula, quæ in Operis decurſu, prout ſeſe dat occaſio, commemoramus: Utrum verò labor noſter alieno ſic levatus feliciter nec-ne ſucceſſerit, eruditorum eſto Judicium.

Digitized by Google

CATALOGUS

MANUSCRIPTORUM CODICUM

COLLEGII CLAROMONTANO-

PARISIENSIS.

Digitized by Google

CEs Manuſcrits ſeront vendus en détail au jour qui ſera par la ſuite indiqué, à moins que l'on ne faſſe avant le premier Septembre prochain, à Meſſieurs les Adminiſtrateurs du Collége de Louis le Grand, des offres convenables pour acquérir la totalité.

Nota. Les Manuſcrits de la Maiſon Profeſſe ne ſont point partie de ce que l'on doit vendre, ſoit en détail, ſoit en totalité : leſdits Manuſcrits ne ſeront vendus que lors de la vente des Livres de cette Maiſon.

TABULA

Digitized by Google

TABULA

EXHIBENS PAGINAS

quibus ſingulæ Manuſcriptorum Codicum claſſes incipiunt quibuſque deſinunt.

CODICES HEBRAÏCI ET SYRIACI, 1-6

CODICES ARABICI, 6-13

CODICES ARMENI, 13

Digitized by Google

CODICES GRÆCI, nempe

Scriptura ſacra,	13 - 15
Interpretes ſacri,	15 - 21
Liturgici,	21 - 25
SS. Patres ac Theologi,	25 - 57
Jus Canonicum,	57 - 60
Jus Civile,	60 - 62
Hiſtoria Judaïca & Eccleſiaſtica,	63 - 67
Hiſtoria Civilis,	67 - 74
Philoſophi,	74 - 85
Mathematici,	85 - 93
Muſici,	93 - 95
Hiſtoriæ naturalis Scriptores,	96 - 100
Medici,	100 - 112
Grammatici,	113 - 117
Oratores,	118 - 120
Poëtæ & Philologi,	120 - 130

Digitized by Google

CODICES LATINI, nempe

Scriptura ſacra, 131-134
Interpretes ſacri, 134-136
Libri Liturgici, 136-141
SS. Patres, 141-188
Theologi, 188-195
Homiliarii & Aſcetici, 195-198
Jus Canonicum, 198-223
Jus Civile, 224-234
Geographi, 235-237
Computiſtæ, 237-240
Chronographi, 240-247
Hiſtorici Eccleſiaſtici, 247-250
Hagiographi, 251-259
Hiſtorici Prophani, 259-267
Philoſophi, Arithmetici & Aſtronomi; 267-272
Medici & Hiſtoriæ naturalis Scriptores, 272-276

Digitized by Google

Grammatici, 276-279

Rhetores, 279-280

Oratores & Poëtæ, 280-283

Philologi & Polygraphi, 283-285

CODICES SINICI, 286-291

MANUSCRITS FRANÇOIS, 292-321

MANUSCRITS ITALIENS, ESPAGNOLS ET PORTUGAIS, 322-325

ADDENDA ET EMENDANDA, 326-330

CATALOGUS

Digitized by Google

CATALOGUS
MANUSCRIPTORUM CODICUM
BIBLIOTHECÆ
COLLEGII CLAROMONTANI
PARISIENSIS.

MANUSCRIPTI CODICES
HEBRAÏCI ET SYRIACI.

I.

CODEX partim membranaceus, partim chartaceus, in-fol. (365. foliis conſtans) an. 1378 exaratus & malè compactus, quo continetur *Sepher Ethan*, ſeu

Digitized by Google

Commentarius in Scripturam ſacram, authore *Samuel Roſſianos.*

Authoris hujus nec Bartoloccius, nec Jacobus le Long meminêre.

II.

Codex chartaceus in-fol. an. 1459. exaratus quo continetur Commentarius in Geneſim & reliquos Moyſis libros, authore R. *Salomone ben Jarchi* (qui ſæculo XII°. floruit in Galliâ). Folia 153. complectitur is Codex.

III.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 62.) ſæculo XVI. deſcriptus. Ibi continetur Commentarius rabbinicus imperfectus in Pſalmos; ſcilicet pars libri, qui vocatur *Schäar Haſſchamájim*, id eſt, Porta Cœli.

Liber Philoſophicus eſt in quo plurima contra Ariſtotelem, & alios Philoſophos diſputantur, etiam contra Rambam. Tres porro circumferuntur, teſte Buxtorfio, hujus nominis libri, quorum unus R Iſaac Aben Lataph, alter R. Joſeph ben Gecatilia, tertius R. Gerſom patri R. Levi tribuitur.

IV.

Codex chartaceus in-fol. (69. complectens folia) characteribus Rabbinico-Germanicis ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur

Digitized by Google

1°. *Sepher Thelim Raba*, id eſt, Commentarius in Pſalmos David (imperfectus).

2°. Fragmenta Philoſophica R. *Levi ben Gerſom.* (Finis deſideratur).

V.

Codex membranaceus in-fol. minori (conſtans foliis 202.) non compactus & in nonnullis læſus ac circa annum 1271. Syriace exaratus, quo continentur quatuor Evangelia.

Is Codex olim dono datus fuerat Monaſterio Beithbiſeio in deſerto Nitriæ Ægypti ſito.

VI.

Codex chartaceus, nonnullis hinc indè membranis inſertis, in-4°. (foliis conſtans 188.) initio mutilus & verſus finem in ſummis foliis tantiſper eroſus, anno 1047. exaratus, quo continentur,

1°. Diverſa Cabbalæ Tractatuum fragmenta.

2°. Commentarius in librum *Jetzira*, id eſt, Formationis.

3°. De figuris litterarum Alphabeti.

4°. Commentarius cabbaliſticus in Cantica Canticorum.

5°. *Tikkùn Middòth Hannephèſch*, id eſt, Correctio morum animæ, authore *Salomone ben Ga-*

Digitized by Google

birol, ſeu, ut ſcribit Bartoloccius, *ben Gebirol.* (Hiſpano,) Opus editum Venetiis.

VII.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XII°. exaratus, quo continetur *Sepher more Hannevuchìm*, id eſt, Director perplexorum, ſeu contuſorum, authore R. *Moſe* Ægyptio. (Folia 160. complectitur).

VIII.

Codices chartacei duo in-fol. min. ſæc. XVI°. exarati (quorum 1us 226. alter 308. foliis conſtat.) Ibi continetur *Sepher Mekór Chajìm*, id eſt, Fons vitæ, ſeu Commentarius ſuper *Aben Ezram* (ſæculo XII°. clarum), authore R. *Samuel Aben-Senæ.* Opus editum Mantuæ annis 1559 & 1606. Author teſte Bartoloccio vocabatur *Samuel Tzartzà*, & vulgò dicebatur *Aben Sena.*

IX.

Codex chartaceus in-4°. ſæculo XV°. exaratus, quo continetur *Sepher Chèther Seem Tov*, id eſt, Corona boni nominis, authore *Seem Tov*, (*ben R. Abrahàm, ben R. Ichuſciaa, &c.*) (Eſt Commentarius cabbaliſticus in Pentateuchum; author verò exeuntè ſæculo XIV°. florebat in

Digitized by Google

Hiſpaniâ). Conſtat is Codex foliis 117. quorum nonnulla versùs finem mucore fœdata.

X.

Codex membranaceus in-fol. maj. circa annum 1467, per ſcribam nomine *Sciabbathai* Ferrariæ exaratus. Ibi continetur *Sepher Tguri Haguf*, id eſt, Medicina corporis, per *Donatum Flachiera* filium *Johelj*. (Folia 268. complectitur).

X I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 81.) ſæculo XVI°. exaratus & imperfectus, quo continentur *Hippocratis* Aphoriſmi, per *Maimonidem* hebraïcè redditi.

X I I.

Codex chartaceus in-4°. (conſtans foliis 237.) per *Moyſen Kimki*, circa an. 1413. exaratus, quo continetur Medicinæ compendium per *Joannem* filium *Zachariæ*, cognomento *Serapionem*, ex bicâ in latinam, & demum ex latinâ in hebraïcam linguam tranſlatum per *Moyſen* filium *Matzliahc*.

De Joanne filio Zachariæ videſis infra numerum 38um.

X I I I.

Codex chartaceus in-12°. (foliorum 249.) diverſis manibus at recentibus exaratus. Ibi con-

tinentur varii Aſtronomiæ tractatus, quorum authores feruntur

1ⁱ. *Bonito* (*Bonetus* de Latis).

2ⁱ. R. *Benjamin.*

3ⁱ. ſeu Tabularum aſtronomicarum *Jacob* filius *Jom Tov*. (rectius *Jacob Bar David Jom Tov*, ſæculi. 14ⁱ vel 15ⁱ ſcriptor).

4ⁱ. Anonymus.

5ⁱ. qui inſcriptus eſt, *Tzurath Haaretz*, id eſt, Forma terræ, R. *Abraham Chija* (Hiſpanus qui ſæculo XII°. floruiſſe dicitur).

6ᵘˢ. eſt Opuſculum de Algebrâ.

7ᵘˢ. Compendium Logicæ.

8ᵘˢ. de Špherâ.

9ᵘˢ. Explanatio tractatuum octo *Maimonidis.*

MANUSCRIPTI CODICES ARABICI.

XIV.

Codex chartaceus in-24°. (complectens folia 142.) quo continetur liber precum ad uſum Catholicorum.

XV.

Codex bombycinus in-8°. (foliis 192. conſtans) quo continentur

1°. Canones ex S. *Auguſtino* de Doctrinâ

Digitized by Google

chriſtianâ libris IV. comprehenſi, per *Fr. Celeſtinum* Ordinis Carmelitarum.

2°. Quaternio complectens Epiſtolam D. Pauli ad Romanos, ipſius Iſaaci *Caſauboni* manu deſcriptam.

XVI.

Codex chartaceus in-8°. (conſtans foliis 204.) quo continetur *Imitatio Chriſti*, cum variis precationibus ex Catechiſmo.

XVII.

Codex bombycinus in-fol. (complectens folia 303.) quo continetur *Alcoranus.*

XVIII.

Codex bombycinus in-4°. (foliis conſtans 359.) quo continetur *Alcoranus* Carolo *Dauchez*, Rectori Collegii Claromontano-Pariſienſis Romæ an. 1711. dono datus à ſodali Jacobo *Villotte* Evangelii præcone in Armenia & Perſide. In fronte Codicis pictura viſitur cinnabari, cæruleo colore, & auro delineata.

XIX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 152.) quo continetur quarta pars *Jeſſir*, ſive *Alcorani* interpretationum.

XX.

Codex Bombycinus in-4°. non compactus;

initio mutilus, olim Guillelmi *Poſtelli.* Ibi continetur liber *Expoſitionum Alcorani.* (Conſtat foliis 105.)

XXI.

Codex chartaceus in-fol. qui fuit *Poſtelli.* Ibi continentur dicta *Mahumedis*, ſive Reſolutiones de morte & Paradiſo. (Conſtat foliis 173.)

XXII.

Codex chartaceus in-4°. (foliis 215. conſtans) quo continetur *Dux peccatorum.*

XXIII.

Codex bombycinus in-4°. (complectens folia 122.) quo continetur *Director perplexorum* arabicè factus ex hebræo *Sepher More Hannevuchim.*

XXIV.

Faſcia oblonga bombycina thecâ formæ in-16°. incluſa, continens precationes ex *Alcorano* decerptas.

XXV.

Codex bombycinus in-24°. (conſtans foliis 365.) eleganter compactus. Ibi continentur precationes ex *Alcorano* deſumptæ cum figuris & indice eorum, quæ ibi habentur, manu D. *Galland* deſcripto.

XXVI.

Codex bombycinus in-18°. (complectens folia 116.) quo continentur preces ex *Alcorano* decerptæ.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Codex bombycinus in-16°. (foliorum 39.) ubi habentur preces ex Alcorano deſcriptæ.

XXVIII.

Codex chartaceus in-4°. (complectens folia 128.) quo continetur Mahumetanæ cujuſdam ſectæ liber Ritualis.

XXIX.

Quaternio bombycinus in-4°. continens S. *Joannis* Damaſceni Logicam. (Conſtat foliis 30.)

XXX.

Codex bombycinus in-fol. (conſtans foliis 221.) cujus margines plurimi à blattis interpuncti & ſitu corrupti. Ibi continentur *Averrois* (qui ſæculo XII°. florebat) Commentarii in Ariſtotelis Organum, Dialecticam videlicet & Rhetoricam.

Is Codex fuit Guillelmi Poſtelli, ut *in fronte legitur*, Mathematum Profeſſoris.

XXXI.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 181.) nimium carioſus & malè compactus, quo continentur *Averrois* Commentarii in Ariſtotelis Metaphyſicam.

XXXII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 55.) à blattis nonnihil læſus. Ibi continentur *Averrois* Commentarii in Ariſtotelis Librum de cœlo & mundo.

XXXIII.

Codex bombycinus in-fol. (conſtans foliis 121.) à blattis corroſus, ubi habentur *Euclidis* Elementa Geometriæ, cum figuris.

XXXIV.

Codex bombycinus in-4°. (foliis 109. conſtans) qui fuit *Poſtelli & Poſteritatis*. Ibi continentur *Euclidis* elementorum libri V. cum figuris.

XXXV.

Codex carthaceus in-4°. (foliorum 247.) continens tertiam partem medicinæ *Joannis* filii *Serapionis*, ſeu rectius, filii *Maſſoviah*, Græcis *Meſuæ*, qui *Johannes*, dictus & *Abou Zakaria*, natione Syrus regnante *Haroun Raſchild* Medicinam exercebat.

XXXVI.

Codices bombycini duo in-4°. (quorum 1us foliorum 336. 2us 226.) à *Poſtello* Cp^li^ anno 1536. empti, quibus continentur tertia pars, finis

quartæ, & quinta operum *Avicennæ* (ſæculo XI°. clari.)

XXXVII.

Codex bombycinus in-4°. (conſtans foliis 183.) ubi habetur *Avicenna* de venenis.

XXXVIII.

Codex bombycinus in-4°. (foliorum 264.) qui fuit *Poſtelli.* Ibi continentur *Avicennæ* Opera medica, cum ſcholiis turcicis.

XXXIX.

Codex bombycinus in-4°. minori (foliis 157. conſtans) ubi habetur *Avicennæ* compendium.

XL.

Codex bombycinus in-4°. minori, (foliorum 189.) à blattis nonnihil læſus, quo continetur *Aly Abal* Opus medicum.

XLI.

Codex bombycinus in-8°. (conſtans foliis 117.) Ibi continetur anonymi Grammatica arabica, cum opuſculo de Poëtica.

XLII.

Codex carthaceus in-8°. ineleganter ac recens deſcriptus, (conſtans foliis 88.) quo continetur anonymi Grammatica arabica.

XLIII.

Codex bombycinus in-fol. (conſtans foliis

Digitized by Google

188.) à blattis tantiſper eroſus, quo continentur anonymi in Grammaticam arabicam Commentarii arabicè ſcripti.

XLIV.

Codex carthaceus in-fol. (complectens folia 64.) ubi habetur Grammatica coptico-arabica *Semnidei* manu Gilberti *Gaulmini* deſcripta.

XLV.

Codex bombycinus in-fol. minori, ſitu & mucore corruptus, olim *Poſtelli.* Ibi continetur anonymi Grammatica arabica, cum Lexico arabico-turcico & Syntaxi. (Conſtat foliis 90.)

XLVI.

Codex bombycinus in-4°. (foliis 114. conſtans), qui fuit *Poſtelli* & *amicorum ejus.* Ibi continentur,

1°. Grammatica arabica, cum Lexico & Syntaxi.

2°. Loci communes arabicè & turcicè expoſiti.

XLVII.

Codex bombycinus operimento ſpoliatus, in-fol. (complectens folia 221.) qui fuit *Poſtelli.* Ibi continetur anonymi Lexicon arabico-turcicum.

Digitized by Google

XLVIII.

Quaterniones chartacei in-4°. (foliorum 94.) recentiùs deſcripti, quibus continetur conjugationum arabicarum delineatio.

CODICES ARMENI.

XLIX.

Codex bombycinus in-12. (foliorum 323.) quo continetur Liber divini officii ad uſum Armenorum.

L.

Codex membranaceus in-4°. (conſtans foliis 214.) quo continetur Rituale armenum. (Initio folia duo ablata).

MANUSCRIPTI CODICES GRÆCI.

SCRIPTURA SACRA.

LI.

Codex chartaceus in-4°. (conſtans foliis 233.) ſæculo XV°. exaratus, initio & in fine mutilus, maculis ſituque deformis. Ibi continentur quinque libri Moyſis, Joſue & Judices.

Digitized by Google

188.) à blattis tantiſper eroſus, quo continentur anonymi in Grammaticam arabicam Commentarii arabicè ſcripti.

XLIV.

Codex carthaceus in-fol. (complectens folia 64.) ubi habetur Grammatica coptico-arabica *Semnidei* manu Gilberti *Gaulmini* deſcripta.

XLV.

Codex bombycinus in-fol. minori, ſitu & murcore corruptus, olim *Poſtelli.* Ibi continetur anonymi Grammatica arabica, cum Lexico arabico-turcico & Syntaxi. (Conſtat foliis 90.)

XLVI.

Codex bombycinus in-4°. (foliis 114. conſtans), qui fuit *Poſtelli* & *amicorum ejus.* Ibi continentur,

1°. Grammatica arabica, cum Lexico & Syntaxi.

2°. Loci communes arabicè & turcicè expoſiti.

XLVII.

Codex bombycinus operimento ſpoliatus, in-fol. (complectens folia 221.) qui fuit *Poſtelli.* Ibi continetur anonymi Lexicon arabico-turcicum.

Digitized by Google

XLVIII.

Quaterniones chartacei in-4°. (foliorum 94.) recentiùs deſcripti, quibus continetur conjugationum arabicarum delineatio.

Codices Armeni.

XLIX.

Codex bombycinus in-12. (foliorum 323.) quo continetur Liber divini officii ad uſum Armenorum.

L.

Codex membranaceus in-4°. (conſtans foliis 214.) quo continetur Rituale armenum. (Initio folia duo ablata).

MANUSCRIPTI CODICES GRÆCI.

Scriptura Sacra.

LI.

Codex chartaceus in-4°. (conſtans foliis 233.) ſæculo XV°. exaratus, initio & in fine mutilus, maculis ſituque deformis. Ibi continentur quinque libri Moyſis, Joſue & Judices.

Digitized by Google

LII.

Codex membranaceus in-24°. exeunte ſæculo XV°. elegantiſſimè deſcriptus & optimè compactus. Ibi continentur Pſalterium Davidis, & fragmenta quædam Prophetarum ad pietatem maximè moventia, ſive Horologium aſceticum. (Continet folia 185.).

LIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliis conſtans 270.) ſæculo XI°. exaratus, initialibus litteris minio depictis ornatus, initio carens & fine, necnon in aliis quibuſdam locis rimoſus. Ibi continentur,

1°. Eccleſiaſtes à mediâ parte 2ⁱ. capitis.

2°. Eccleſiaſticus Jeſu Filii Siruch.

3°. Septem Sapientum dicta.

4°. Vitæ Iſaïæ, Jeremiæ & Ezechielis.

5°. Dicta Abbatis cujuſdam.

6°. *Nilus* (junior) de octo vitiis & de inſtructione.

7°. Joannes *Caſſianus* de inſtitutis Monachorum Ægypti & Orientis.

8°. Liber Pœnitentialis.

9°. Inſtitutio catholica de Laïcis, Epiſcopis, Clericis & Viduis ex Scripturâ.

Digitized by Google

In hoc codice folia chartacea non ſcripta inſerta ſunt ad explendas lacunas.

LIV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 277.) ſæculo circiter XI°. exaratus; complectens quatuor Evangelia ſecundum Liturgiam Græcorum diſpoſita.

LV.

Codex membranaceus in-4°. (conſtans foliis 230.) ſæculo XI°. exaratus, initio & in fine mutilus. Ibi continentur Apoſtolorum Actus & Epiſtolæ, cum Apocalypſi ad uſum Liturgiæ græcæ diſpoſiti.

INTERPRETES SACRI.

LVI.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 322.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur B. *Theodoreti* in difficiliora veteris Teſtamenti loca Catena ex diverſis Patrum ſcriptis contexta.

Initio & ad calcem codicis habetur: Hunc legens librum agnovit Claudius Naulotus Vallenſis Avallonæus, ſimul & Heduus an. 1575. *Hâc notâ græcè & latinè expreſſâ permulti hujuſce Bibliothecæ græci codices inſigniuntur. Claudius Naulotus cujus nulla apud Bibliographos occurrit mentio, vir*

erat profectò multiplici eruditionis genere ornatus & litterarum præſertim græcarum ſtudioſiſſimus, ut ſatis patet ex ſelectâ in qualibet ſcientiarum facultate codicum græcorum ſerie quàm ſibi multis curis & impenſis comparaverat. Hæc pretioſa collectio majori ex parte conſtans apographis ſæculo XVI°. *eleganter deſcriptis, temporum ſucceſſu in Claromontani Collegii Bibliothecam migravit, quod ſemel notandum fuit, vitandæ repetitionis causâ.*

L V I I.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, & non compactus, quo continetur collectio Interpretum ineditorum in vetus Teſtamentum. (Conſtat foliis 237.)

L V I I I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 236.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Olympiodori* Diaconi, (qui circa ſæculum VII^{um}. ſcripſit), Expoſitio in librum Job, ſeu Catena ex diverſis Patribus.

L I X.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XV°. deſcriptus, non compactus (26. quaternionibus, ſeu foliis 217. conſtans). Ibi continetur, ejuſdem *Olympiodori* Catena in librum Job.

L X.

LX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 418.) ſæculo XVI°. exaratus, ubi continetur Expoſitio, ſeu Catena Patrum in Pſalmos & in Cantica Moyſis, Annæ & aliorum utriuſque Teſtamenti.

LXI.

Codex bombycinus in-fol. (complectens folia 224.) ſæculo XIII°. deſcriptus, initio & in fine mutilus, malè compactus & integumento carens, quo continetur incerti authoris Commentarius in Pſalmos.

LXII.

Codex menbranaceus in-4. (foliorum 219.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Euthymius* (Zigabenus) monachus (ſæculo XII°. clarus) in Pſalmos.

LXIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 162.), ſæculo XVI°. exaratus, in fine mucore fædatus. Ibi continentur,

1°. Expoſitio in Proverbia Salomonis, in Eccleſiaſten & in Canticum Canticorum, ex diverſis Patrum ſcriptis expreſſa.

2°. *Olympiodori* diaconi, & *Polychronii* (Theodori Mopſueſteni fratris & epiſcopi Amaſeenſis) Argumentum in Job.

LXIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 215.) ſæculo XVI°. exaratus, nonnullis lacunis interruptus. Ibi continentur,

1°. *Procopii* Sophiſtæ (Gazæi ſub Juſtino Thrace clari), in Salomonis Proverbia expoſitionum Epitome.

2°. *Neophyti* preſbyteri, (& monachi qui ſæculo XII°. exeunte ſcripſit,) prologus in Cantica Canticorum.

3°. Expoſitio diverſorum in Cantica Salomonis.

4°. Anonymi Diſſertatio de Proverbiis.

LXV.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 517.) ſæculo XVII°. exaratus, ubi continentur,

1°. *Procopius* Sophiſta in Iſaïam cum variis lectionibus à Cuſtero ad marginem conjectis.

2°. Joachimi *Camerarii* annotationes in Suidam manu Simonis Fabricii Auguſtæ-Vindelicorum Gymnaſiarchæ deſcriptæ, (hactenus ineditæ, ipſimet Cuſtero, necnon recentiori Suidæ emendatori incognitæ).

3°. Deſiderius *Eraſmus* de bello Turcis inferendo (Latinè).

Digitized by Google

LXVI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, ubi continentur *Theophylacti* Bulgariæ (ſæc. XI°.) Archiepiſcopi Expoſitio in Oſee, in Jonam, in Habacuc, in Nahum & in Micheam prophetas. Ejuſdem Epiſtolæ LXIII°. (Conſtat is codex foliis 250.)

LXVII.

Codex chartaceus in-4°. (conſtans foliis 241.) ſæculo XVI°. exaratus, ubi continetur Theophylacti Bulgariæ archiepiſcopi in Evangelia Matthæi & Marci Expoſitio.

In hoc Codice nonnulla folia initio & in fine deſiderantur.

LXVIII.

Codex menbranaceus in-4°. (complectens folia 296.) ſæculo XIII°. exaratus, quo continetur *Theophylacti* Expoſitio in Evangelia Marci & Joannis.

LXIX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 207.) ſæculo XVI°. exaratus, cujus prima folia paulo mucidiora. Ibi continetur *Theophylacti* in S. Joannis Evangelium Expoſitio.

LXX.

Codex chartaceus in-fol. Venetiis ſcriptus

Digitized by Google

an. 1542. Ibi continetur Catena in Evangelium Joannis ex diverſis Patrum ſcriptis contexta. (Conſtat foliis 294.)

LXXI.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 306.) ſœculo XI°. exaratus, initio & in fine mutilus. Ibi continetur *Œcumenii* (ſæculo X°. vel XI°. clari), in S. Pauli Epiſtolas Expoſitio.

LXXII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, non compactus (24^or. quaternionibus, ſeu foliis 224. conſtans), quo continentur Catenæ Patrum imperfectæ in Scripturam ſacram.

LXXIII.

Codex chartaceus in-fol. Venetiis ſcriptus an. 1542. quo continetur Expoſitio Scripturæ ſacræ ex SS. Patribus, ordine alphabetico diſpoſita. (Conſtat foliis 184.)

LXXIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus. Ibi habetur *Euthymii Zigabeni* monachi Panoplia, ſeu loci communes Scripturæ ſacræ ex diverſis Theologis excerpti & in Bibliothecâ Patrum editi. (Continet folia 288.)

LXXV.

Codex chartaceus in-8°. ſæculo XV°. deſcriptus, quo continentur,

Digitized by Google

1°. *Euſebii* Pamphili, *Stephani*, & aliorum Interpretationes locorum Scripturæ ſacræ difficiliorum ordine alphabetico diſpoſitæ.

2°. *Hippolytus* de coætaneis Scriptoribus.

3°. S. *Joannis* Chryſoſtomi Epiſtola ad Nicolaum Stratagetum.

(Conſtat is codex foliis 375.)

Liturgici.

LXXVI.

Codex bombycinus in-8°. ſæculo XV°. exaratus, initio & in fine mutilus, cujus ſcriptura præ ſitu & mucore pœnè evanuit. Ibi continentur,

1°. *Theodori Prodromi* (ſæculo XII°. ineunte clari), Troparia (verſiculi,) Odæ, & Hirmi, ſeu Cantica divini Officii, cum Expoſitionibus *Coſmæ*, *Marci* & *Joannis* Damaſceni.

2°. *Æſopi* Fabulæ quædam.

LXXVII.

Codex chartaceus in-12°. (conſtans foliis 344.) ſæculo XV°. exaratus, quo continentur,

1°. Canones Dominici, ſeu Troparia, Hirmi & Odæ cum Expoſitione *Theodori* Prodromi.

2°. *Nicephori* (Patriarchæ) Cp^ni^ Synopſis Chronographica (à Mauritii nece ad an. 770.).

3°. Nilus (ſenior) de peccatis mortalibus.

Digitized by Google

4°. *Georgius* Zigabenus de ſeptem vocalibus, &c. (ineditus.) Incipit: Βέλομαι φίλε σοὶ μικρόν.

LXXVIII.

Codex bombycinus in-4°. (foliis 300. conſtans) ſæculo XIV°. exaratus, in fine mutilus, nonnihil muceſcens, ac læſus à blattis. Ibi continentur,

1°. *Theodori* Prodromi Canonum expoſitio in Feſta principalia, ex *Joanne* Damaſceno & *Coſmâ*.

2°. *Conſtantini* (Manaſſæ) Synopſis Chronologica (verſibus politicis [a] edita, ac more ſolutæ orationis exſcripta,) ab initio mundi ad Nicephorum Botoniatem. Hæc verò dicata eſt Irenæ Manuelis Comneni Imperatoris uxori.

3°. *Georgii* (Scholarii, poſtmodum Patriarchæ Cp^ni^, qui & Gennadius dictus eſt) Verſus in Hexameron.

4°. *Nicephorus* Blemmida (qui ſæculo XIII°. floruit) Canon & Jambi in laudem Gregorii Nazianzeni.

---

[a] *Nota.* Verſus politicos appellabant Græci mediæ ætatis verſus liberiores ac noſtris rhytmis propè ſimiles.

5°. *Nicetas* (Ponti in Thraciâ metropolita xi°. ſæculo mediante) in Tetraſthicon Gregorii Nazianzeni.

6°. *Leo* (Sapiens) Imperator de virtutibus.

7°. Anonymus in Cantica Canticorum.

8°. Oratio Jeſu filii Sirach.

9°. Verſus Sybillæ Erythreæ de Chriſto.

10°. Excerpta ex *Joanne* Chryſoſtomo.

11°. *Demetrii* (Cydonii monachi ſæc. XIV. clari) Epiſtola parænetica ad aſcetam, ſeu diſcipulum quem filium ſuum nuncupat.

12°. Anonymus in viſionem Ezechielis.

13°. *Sophronii* de Homonymis & Synonymis liber (ut videtur, ineditus) cujus initium : Τῶν ὄντων τὰ μὲν ταυτώνυμα.

LXXIX.

Codex chartaceus in-16°. (conſtans foliis 318.) ſæculo XVI°. exaratus, à blattis paululum exeſus, quo continentur *Nicolai* Patriarchæ Cp^ni^ & *Pauli* Epiſcopi Amorii Odæ ſacræ, & Synaxarium.

LXXX.

Codex chartaceus in-16°. Cp^li^ an. 1640. deſcriptus (complectens folia 93.) quo continetur *Theodora* Comnena de Rebus & Officiis eccleſiaſticis.

Digitized by Google

LXXXI.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 318.) ſæculo xv°. exaratus, mucore & ſitu deformis. Ibi continentur,

1°. *Theodori* Curſiottæ (ut videtur, epiſcopi) Antirreticus, ſeu contradictiones adverſus quemdam Angelum archiepiſcopum Ruſſorum, de quibuſdam Ruſſorum liturgicis uſibus. Incipit: ἄκουε οὐρανὲ καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ.

2°. *Georgii* Scholarii Confeſſio, quam liber fecit Florentiæ coram Imperatore & eccleſiâ Cp^na^.

3°. Anonymi Canones eccleſiaſtici, quorum initium deſideratur.

4°. *Epiphanius* ex libro 1°. Panarii.

5°. Imperatoris *Juſtiniani* Leges agricolarum.

6°. *Joannis* preſbyteri antiocheni Canones Apoſtolorum & Conciliorum.

7°. Anonymi Canones de Matrimoniis ineundis vel non ineundis, id eſt, de gradibus intra quos licet inire matrimonium.

8°. Ordo & Cæremoniæ quarumdam Ordinationum.

9°. Variæ Confeſſiones fidei inter quas Confeſſio *Joſephi* Patriarchæ Cp^ni^. ubi declarat ſe

vi

Digitized by Google

vi coactum fuiſſe ad aſſentiendum dogmati Latinorum de Proceſſione Spiritus ſancti.

10°. *Michael* Attaliota (Juriſconſultus ſæculo XI°. clarus) de Officiis Domûs Auguſtæ & de Feſtis. (Opus, ut videtur, ineditum ; at certè diverſum ab ejuſdem authoris Synopſi editâ in tomo 2°. Juris Græco-Romani.) Incipit : πάντες ἄνθρωποι ἢ δοῦλοι εἰσὶν ἢ ἐλεύθεροι.

11°. Anonymi vita Æſopi.

12°. Anonymi Dialogus Græcorum & Latinorum de Schiſmate quod inter eos occurrit.

13°. Liber Pœnitentialis, & alia de diverſis argumentis.

Is codex initio mutilus eſt, ac mucore plurimum fœdatus.

SANCTI PATRES ET THEOLOGI.

LXXXII.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 377.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Juſtini* Philoſophi & Martyris Opera, ſcilicet : Epiſtola (ſpuria) ad Zenam & Serenum fratres ; Paræneticus ad gentes ; Dialogus adverſus Tryphonem ; Apologia pro Chriſtianis ad Senatum ; Apologia ſecunda ad Antoninum ; Epiſtolæ *Antonini* & *Marci* (Imperatorum) ;

Digitized by Google

Expoſitio fidei, ſeu de Sancta Trinitate; Refutatio dogmatum Ariſtotelis; Quæſtiones chriſtianæ ad Gentiles; Reſponſiones ad Orthodoxos de quæſtionibus neceſſariis adverſus Gentiles; Quæſtiones græcanicæ ad Chriſtianos de Incorporeo, de Deo & de Reſurrectione mortuorum; Reſponſiones chriſtianæ ad prædictas Quæſtiones ex pietate naturalium rationum. (Poſtrema quinque Opera Juſtino ſuppoſita ſunt.)

2°. *Athenagoras* de Reſurrectione mortuorum.

3°. *Juſtini* Epiſtola (eadem quæ ſupra) ad Zenam & Serenum fratres.

4°. Expoſitio (eadem quæ ſupra) Confeſſionis orthodoxæ.

LXXXIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliis 109. conſtans) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Juſtini* Philoſophi & Martyris Epiſtola ad Zenam & Serenum fratres.

2°. *Athenagoras* de Reſurrectione mortuorum; ejuſdem legatio pro Chriſtianis.

3°. *Epiphanius* Cypri epiſcopus de menſuris & ponderibus.

4°. *Joſephi* Patriarchæ Cp. Confeſſio fidei.

5°. *Epiphanius* de duodecim lapidibus rationalis ſummi Pontificis Judæorum.

Digitized by Google

6°. *Joannes* Damaſcenus de Libero arbitrio.

LXXXIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 166.) Venetiis an. 1542. deſcriptus, quo continentur,

1°. *Origenis* Commentarius in Job.

2°. *Joannis* Chryſoſtomi Homiliæ quatuor in Job.

LXXXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 74.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Origenis* Philocalia.

LXXXVI.

Quaterniones chartacei in-fol. (complectentes folia 22.) ſæculo XVII°. exarati, in quibus habetur *Origenis* controverſia adverſus Megethium, Marcum, Droſerium, Valentem & Marinum hæreticos.

LXXXVII.

Quaterniones chartacei 18. in-fol. (complectentes folia 143.) ſæculo XVI°. exarati, quibus continetur *Euſebii* Cæſarienſis Commentarius in Pſalmos (à Montefalconio cum quibuſdam differentiis editus).

LXXXVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 129.)

ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Euſebii* Cæſarienſis contra Marcellum Ancyranum libri quinque.

L X X X I X.

Codex chartaceus in-fol. min. integumento ſpoliatus, ac ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. *Euſebii* Cæſarienſis de locis hebraïcis parallelum cum S. Hieronymo.

2°. *Hippolytus* Thebæus de Incarnatione Domini & de Mariâ dei-parâ.

3°. *Palladii* fragmentum ex Hiſtoriâ Brachmanum.

4°. *Anaſtaſius* Sinaïta de longitudine & brevitate vitæ, & de variis ſubſtantiis mortalibus.

5°. (*Michael Conſtantinus*) *Pſellus* (ſæculo XI°. clarus) de virtute lapidum.

6°. Anonymi menſes Athenienſium & Ægyptiorum.

7°. *Stephani* & aliorum Lexicographorum interpretatio vocum Scripturæ ſacræ hebraïcarum. (Conſtat is Codex foliis 100.)

X C.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, ac initio mutilus. Ibi continentur *Aſterii* (Amaſeæ in Ponto epiſcopi) Sermones tres in

Digitized by Google

Œconomum contra avaritiam, & in feſtum Calendarum.

Ejuſdem Homiliæ in illud Matthæi: *Si licet homini dimittere uxorem ſuam quâcumque ex cauſâ.* (Conſtat is codex foliis 30.)

XCI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XIV°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Cæſarii* fratris S. Gregorii Nazianzeni Quæſtiones propoſitæ per Conſtantium Theochariſtum, &c.

2°. *Theodoreti* Cyri Epiſcopi Hiſtoria *Theophiles*, ſeu Vitæ Sanctorum.

(Is codex folia 262. complectitur.)

XCII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 411.) ſæculo XV°. exaratus, quo continentur,

1°. *Athanaſius* in Pſalmos.

2°. Anonymi Phyſiologia quorumdam animalium.

3°. *Galenus* de ſtructurâ corporis humani.

4°. *Nicephorus* Calliſtus (monachus Cp. ſæc. XIV. clarus) de Feſtis.

XCIII.

Codex bombycinus in-fol. (conſtans foliis 364.) ſæculo XV°. exaratus, quo continentur,

Digitized by Google

1°. S. *Athanaſii* Vita S. Antonii.

2°. *Euſtathii* antiocheni epiſcopi Homiliæ in Hexameron.

3°. *Procopius* Sophiſta in Geneſim.

4°. *Manuelis* Calecæ (Ordinis Prædicatorum, ſæc. xv°. clari) adverſus Græcos errantes libri IV. pro aſſerendo de Spiritus ſancti Proceſſione dogmate Latinorum.

X C I V.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 200.) ſæculo xv°. exaratus, quo continetur S. *Baſilii* Cæſarienſis epiſcopi Expoſitio in Iſaïam.

X C V.

Codex bombycinus in-4°. (conſtans foliis 269.) ſæculo xv°. exaratus, initio & in fine mutilus, ac mucore paſſim ſquallidus. Ibi continentur S. *Baſilii* magni Homiliæ diverſæ, quarum index initio legitur.

X C V I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 192.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur S. *Baſilii* Cæſarienſis Epiſtolæ.

X C V I I.

Codex bombycinus iu-8°. (foliis conſtans 193.) ſæculo XIII°. exaratus, muceſcens, & à blattis tantiſper eroſus. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. *Baſilius* Magnus de exercitatione monachi.

2°. Anonymi capita neceſſaria : *Qualem oportet eſſe Principem.*

3°. Interpretatio Symboli.

4°. *Maximi* (Abbatis) de triplici animæ parte.

5°. *Origenis* Fragmentum de animâ.

6°. *Theophylactus* in Evangelia matutina, ſeu manè recitari ſolita.

XCVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 139.) ſæculo XVI°. exaratus, ac in fine mutilus. Ibi continetur *Apollinaris* Metaphraſis in Pſalmos verſibus hexametris.

XCIX.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 301.) X°. circiter ſæculo exaratus, in cujus initio & fine nonnulla deſunt. Ibi continentur S. *Gregorii* Nazianzeni Orationes cùm ſcholiis minio diversâ formâ delineatis.

C.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 213.) ſæculo XII°. exaratus, in cujus initio, medio, & fine multa deſiderantur. Ibi continen-

Digitized by Google

tur S. *Gregorii* Nazianzeni Orationes paucis cum ſcholiis ad marginem appoſitis.

C I.

Codex membranaceus in–fol. ſæculo XII°. exaratus, initio & in fine mutilus valdè, quo continentur S. *Gregorii* Nazianzeni Orationes, cum ſcholiis manu recenti ad marginem additis. (Conſtat foliis 192.)

C I I.

Codex bombycinus in-4°. ſæculo XV°. eleganter deſcriptus, quo continentur S. *Gregorii* Nazianzeni Orationes de Filio duæ, & una de Spiritu ſancto. (Conſtat foliis 70.)

C I I I.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 64.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur S. *Gregorii* Nazianzeni Orationes duæ adverſus Julianum Imperatorem.

C I V.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 143.) quo continentur S. *Gregorii* Nazianzeni Orationes XXIII.

C V.

Codex chartaceus in-4°. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur S. *Gregorii* Nazianzeni Epiſtolæ ad diverſos. (Foliis 66. conſtat.)

C V I.

Digitized by Google

C V I.

Codex chartaceus in-fol. Venetiis an. 1553. ſcriptus, quo continentur S. *Gregorii* Nazianzeni vita, & in decem ejuſdem Orationes Commentarii. (Conſtat foliis 202.)

C V I I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 124.) ſæculo xv°. exaratus, quo continentur S. *Gregorius* Nyſſenus de Hominis opificio.

Ejuſdem Dialogus de animâ & reſurrectione.

Idem in octo Beatitudines.

C V I I I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 135.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Gregorius* Nyſſenus de Hominis opificio.

2°. Anonymi Hiſtoria veteris Teſtamenti.

C I X.

Codex bombycinus in-8°. (foliis 177. conſtans) ſæculo xiii°. exaratus, quo continentur S. *Gregorii* Nyſſeni in Cantica Canticorum Homiliæ xv.

C X.

Codex chartaceus in-4°. (complectens folia 148.) Venetiis an. 1553. deſcriptus, quo continentur,

Gregorius Nyſſenus contra Judæos de Trinitate.

Digitized by Google

Idem in Hexameron.

Idem in illud, *quod feciſtis uni ex his minimis, mihi feciſtis.*

Idem ad Hierium de infantibus qui immature rapiuntur.

Ejuſdem Orationes in eos qui dormierunt.

C X I.

Codex chartaceus in-4°. (foliis 78. conſtans) Sirmondi manu deſcriptus, quo continetur *Gregorius* Nyſſenus in Eccleſiaſten.

C X I I.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XI°. exaratus, ac nonnihil in fine mutilus, quo continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi Homiliæ in Geneſim. (Conſtat foliis 386.)

C X I I I.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 291.) ſæculo XII°. exaratus, cujus priora duo folia maculata. Ibi continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi Homiliæ XXVIII. priores in Geneſim.

C X I V.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 274.) ſæculo XII°. exaratus, quo continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi in Matthæum XLI. priores Homiliæ.

Digitized by Google

Hujus Codicis priora & poſteriora folia exeſa ſunt & mutila.

CXV.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XI°. exaratus, quo continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi in Matthæum Homiliæ à LIVª ad XCªᵐ. (Conſtat foliis 326.)

CXVI.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 341.) ſæculo XII°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi in Matthæum Homiliæ, at non integræ; ejuſdem in Joannem Homiliæ fermè integræ.

2°. Orationes duæ, prior *Euſebii* Pamphili, altera *Iſidori* Peluſiotæ in vivificam reſurrectionem.

3°. Diverſorum in Evangelium ſecundum Lucam interpretationes.

Is Codex in cujus fine nonnulla deſunt, P. Stephano Souciet *dono datus fuit à doctiſſimo* Ribeyro Sanchez *Ruſſorum Imperatricis Eliſabethæ Petrownæ Archiatro.*

CXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, cujus finis deſideratur. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi in Marcum interpretatio.

2°. *Gregorii* Nyſſeni Quæſtio de animâ cum Macrinâ ſorore.

3°. Anonymi Catena in Pſalmos aliquot.

(Is codex folia 117. complectitur.)

CXVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 110.) ſæculo XVI°. eleganter deſcriptus, quo continentur,

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi in Evangelium ſecundum Joannem interepretatio.

2°. *Titus* Boſtrenſis Epiſcopus in Lucam.

CXIX.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 314.) ſæculo XII°. deſcriptus, initio & in fine mutilus. Ibi continentur,

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi in Evangelium Joannis Homiliæ.

2°. Anonymi Acta SS. Martyrum Euſtrathii, Auxentii, Eugenii & Anaſtaſii monachi.

Codex iſte duobus involvitur foliis in quibus exhibetur pars Confeſſionis & Martyrii Sanctæ Theclæ *litteris capitalibus inclinatis VIII°. ſæculo eleganti ſſimè deſcripta.*

Digitized by Google

C X X.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XV°. exaratus, cujus in fine nonnulla deſiderantur. Ibi continetur S. *Joannis* Chryſoſtomi in Epiſtolam 1ᵃᵐ ad Corinthios Expoſitio. (Folia 246. complectitur.)

C X X I.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 333.) per Nicolaum Paulopylum deſcriptus an. 1537. initio mutilus. Ibi continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi in Epiſtolam ad Hebræos Sermones XXXII.

C X X I I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 142.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi Orationes XV.

2°. *Severiani* (Gabalorum Epiſcopi & Chryſoſtomo coœvi) Orationes tres.

C X X I I I.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XII°. exaratus, quo continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi contra Judæos Homiliæ. (Folia 394. complectitur is codex.)

C X X I V.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 249.) ineunte ſæculo XII°. exaratus, quo conti-

Digitized by Google

nentur S. *Joannis* Chryſoſtomi ad Antiochenos Homiliæ.

CXXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 252.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi de Virginitate capita LXXV.

Idem de diverſis Argumentis.

CXXVI.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 335.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur S. *Joannes* Chryſoſtomus de diverſis Argumentis, quorum Index initio codicis legitur.

CXXVII.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 441.) ſæculo circiter XI°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi Sermones XLIII.

2°. Metaphraſtæ Orationes XVI.

(Is codex nec integer eſt, nec compactus.)

CXXVIII.

Quaterniones chartacei in-4°. (foliorum 41.) ſæculo XVI°. deſcripti, quibus continentur,

1°. Anthologium græcum imperfectum.

2°. S. *Joannis* Chryſoſtomi Orationes duæ.

3°. *Anaſtaſii* Sinaïtæ in Pſalmum VI. Homilia.

4°. *Leontii* Sermo in lumina.

Digitized by Google

CXXIX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 301.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Joannis* Chryſoſtomi, *Baſilii* Magni, *Andreæ* Cretenſis, *Epiphanii* Cyprii, *Gregorii* Nyſſeni & *Philothei* Patriarchæ Cp^ni Orationes.

2°. Vita S. Joannis Damaſceni per *Joannem* Patriarcham Hieroſolymitanum.

CXXX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 315.) Venetiis deſcriptus an. 1543. Ibi continentur,

1°. *Syueſius* Cyrenæus de Regno ad Arcadium; eiuſdem Calvitii Encomium; ejuſdem Dion de vitâ privatâ; ejuſdem *Ægyptius*, ſive de Providentiâ libri duo; ejuſdem de Dono Aſtrolabii; ejuſdem Homiliæ tres & Hymni octo.

2°. *Pythagoræ* Aurea carmina.

3°. *Theophraſti* Characteres.

4°. Democriti Phyſica & Myſtica.

CXXXI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 247.) ſæculo XV°. exaratus, quo continentur S. *Cyrilli* Alexandrini ad Theodoſium Imperatorem de rectâ fide liber.

Digitized by Google

Ejuſdem de Adoratione adverſus Julianum Imperatorem libri duo.

Idem ad Caloſirium epiſcopum adverſus Anthropomorphitas.

CXXXII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 302.), Collegio Claromontano dono datus à D. *de Létoile* an 1597. & eodem ſæculo deſcriptus. Ibi continentur S. *Cyrilli* Alexandrini de ſanctâ & conſubſtantiali Trinitate tractatus.

Ejuſdem de Genito & Ingenito cum aliis quibuſdam Opuſculis.

CXXXIII.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 110.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Theodoreti* epiſcopi Cyri in Cantica Canticorum interpretatio.

CXXXIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 97.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Theodoreti* epiſcopi Cyri in Jeremiam prophetam Expoſitio.

CXXXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans 87. foliis) ſæculo XVII°. exaratus & non compactus, quo continetur *Theodoreti* in Ezechielem Prophetam expoſitio,

Digitized by Google

Expoſitio, & ejuſdem de diverſis Scripturæ ſacræ verſionibus.

C X X X V I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 169.) ſæculo XII°. exaratus, quo continetur *Theodoreti* in Prophetas XII. minores Expoſitio.

C X X X V I I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 93.) ſæculo XV°. exaratus, quo continentur *Theodoreti* Dialogi duo, ſcilicet *Incommutabilis* & *Inconfuſus*.

C X X X V I I I.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 109.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Theodoreti* Epiſtolæ, quarum index Sirmondi manu initio deſcriptus eſt.

C X X X I X.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 62.) ſæculo XVIII°. exaratus, ac in fine mutilus, quo continentur *Baſilii* Seleuciæ epiſcopi Acta Beatæ Theclæ martyris.

C X L.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 62.) manu Sirmondi deſcriptus, quo continetur *Baſilii* Seleuciæ epiſcopi Sermones diverſi, quorum index initio præfigitur.

F

Digitized by Google

CXLI.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 383.) ſæculo XII°. charactere inclinato exaratus, ac initio mutilus. Ibi continetur S. *Joannis* Climaci Scala Paradiſi. (Poſt 10um folium duo alia inſerta chartæ vulgaris recenti manu deſcripta quibus ſupplentur quæ deficiebant.)

CXLII.

Quaternio chartaceus in-4°. (foliorum 29.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continetur *Maximi* confeſſoris & abbatis Explanatio Orationis Dominicæ.

CXLIII.

Quaterniones chartacei ſex in-fol. (complectentes folia 42.) ſæculo XVII°. exarati, in quibus habentur,

1°. S. *Maximi* monachi (ejuſdem qui ſupra) de Theologiâ & Virtutibus Centuria prima; ejuſdem interpretatio in Pſalmum LVII.

2°. *Thalàſſius* (S. Maximi æqualis) de Charitate, de Continentia & de Converſatione ſecundum Spiritum.

CXLIV.

Codex chartaceus in-4. (foliorum 152.) ſæculo XVI°. eleganter exaratus, quo continetur

Digitized by Google

Andreæ archiepiſcopi Cretenſis (ſæculo VIII°. clari), Sacrorum carminum interpretatio.

CXLV.

Quaterniones chartacei in-fol. (complectentes folia 74.) ſæculo XVII°. exarati, quibus continentur *Andreæ* Cretenſis, *Joannis* Damaſceni & *Modeſti* Hieroſolymitani Sermones in Nativitatem & Dormitionem ſanctæ Mariæ Virginis.

CXLVI.

Codex membraceus in-4°. majori, (foliis 226. conſtans) ſæculo XII°. exaratus, in cujus medio folia quinque chartacea inſerta ſunt, quibus haud tamen omnes hiatus explentur. Ibi continentur *Anaſtaſii* Sinaïtæ Reſponſiones ad interrogata quorumdam Orthodoxorum.

CXLVII.

Quaterniones chartacei in-fol. (complectentur folia 139.) ſæculo XVII°. deſcripti, in quibus habetur *Anaſtaſius* Sinaïta in Hexameron.

CXLVIII.

Codex Chartaceus in-4°. (foliorum 94.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymi Collectio theologica ex diverſis.

2°. *Anaſtaſii* (Sinaïtæ) Reſponſiones de diverſis capitibus ad Orthodoxos.

3°. Anonymi dictiones Epiſtolarum Pauli Apoſtoli.

4°. S. *Joannis* Chryſoſtomi Epiſtola ad Olympiadem.

CXLIX.

Quaterniones chartacei in-fol. (complectentes folia 27.) ſæculo XVII°. exarati, in quibus habetur *Germanus* Patriarcha Cp in Annuntiationem Beatæ Mariæ Virginis. (Græcè idem & latinè).

C L.

Codex membranaceus in-fol. majori, (conſtans foliis 300.) XI°. circiter ſæculo exaratus, quo continentur S. *Joannis* Damaſceni Eclogæ, ſeu parallelorum excerptiones cum earum indice, quæ non occurrunt in editione Michaelis le Quien. (Circa medium hujus codicis octo inſerta ſunt folia chartacea in quibus manu recentiore ſupplentur quæ in eo deſiderabantur).

C L I.

Quaternio chartaceus in-4°. (foliis 28 conſtans), ſæculo XVI°. exaratus, ac mutilus in fine. Ibi habetur S. *Joannes* Damaſcenus de Hæreſibus ex Epiphanio.

C L I I.

Codex membranaceus in-fol. minori, (conſ-

Digitized by Google

tans foliis 116.) ſæculo XII°. exaratus ac non compactus, quo continentur *Joannis* (Damaſceni) monachi Philoſophica & ejuſdem Expoſitio fidei Orthodoxæ.

C L I I I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 248.) ſæculo XIII°. exaratus, quo continentur S. *Joannis* Damaſceni Opuſcula aſcetica.

C L I V.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 267.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Joannis* Damaſceni Philoſophica. Ejuſdem de Orthodoxâ Fide.

2°. *Nicephori* Blemmidæ (qui ſæculo XIII°. floruit) Liber de fide.

3°. S. *Thomas* de Spiritu Sancto.

4°. Anonymus de variis quæſtionibus ex diverſis.

5°. S. *Joannes* Chryſoſtomus de Fide.

C L V.

Codex chartaceus in-4. minori, (foliorum 321.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. S. *Joannes* Damaſcenus de iis qui in Fide dormierunt.

2°. *Germani* Patriarchæ Cp. Expoſitio Fidei.

3°. Canones Apoſtolorum, Canones Synodo-

Digitized by Google

rum, Canones Nicephori Patriarchæ Cp. & Theodori *Chumni*.

4°. *Joannis* Jejuni Patriarchæ Cp. Sermo ad eum qui debet confiteri peccata ſua Patri ſpirituali, cum formula Confeſſionis ex Libro pœnitentiali.

5°. Anonymi interrogationes quorumdam monachorum ad Nicolaum Patriarcham, cum reſponſionibus.

6°. *Baſilii* Magni Canonicæ epiſtolæ ad Amphilochium à 48ª ad finem cum anonymi Commentariis.

7°. Index Sedium Metropolitanarum Eccleſiæ Cpnæ ſubditarum.

8°. Liber Pœnitentialis ex SS. Patribus.

9°. S. *Joannes* Chryſoſtomus & S. Ephrem; *Quomodo oporteat ſacram agere Communionem.*

10°. *Joannes* Caſſianus ad Leontium de Monachis Sceytis.

11°. *Dionyſii* Aræopagitæ Epiſtolæ ad Demophilum.

12°. *Nilus* (Senior) de octo ſpiritibus nequitiæ. Idem de Lacrymis, cum Scholiis Anaſtaſii Sinaïtæ.

13°. *Baſilii* Magni Inſtructio ad Eubulum.

14°. *Iſaaci* Monachi (de quo diſputant eru-

Digitized by Google

diti) Capitula parva de vigiliis noctium, & alia Opuſcula aſcetica.

15°. *Anaſtaſii* (Sinaïtæ) Interrogationes & Reſponſa.

16°. *Gregorius* Nazianzenus ad Baſilium Magnum de Eccleſiaſticâ conſtitutione.

17°. Canones Apoſtolorum, Gangrenſes, Laodiceni, Conſtantinopolitani, Chalcedonenſes, Carthaginenſes & Trullani, cum Commentariis.

18°. *Athanaſii*, *Theophili* Alexandrini & *Gennadii* (Patriarchæ Cp.) Conſtitutiones variæ.

19°. Demetrius Cyzicenus (metropolita) de Jacobitis.

20°. *Petrus* Antiochenus (Patriarcha) de Azymis.

21°. *Leo* archiepiſcopus Bulgariæ de Azymis. Idem in eos qui Romæ civitati primatum deferunt.

22°. *Baſilii* Magni monita ad Sacerdotem de divinâ Liturgiâ.

23°. Anonymi Liber Pœnitentialis.

24°. *Nicolai* Chumni metropolitæ Theſſalonicenſis Reſolutiones, &c.

C L V I.

Quaterniones chartacei in-fol. (complecten-

Digitized by Google

tes folia 172.) XVI°. & XVII°. ſæculo exarati. Ibi continentur *Theodori* Studitæ Opera quædam diverſis manibus deſcripta, & *Naucratii* (ejus diſcipuli) Epiſtolæ.

CLVII.

Codex chartaceus in-8°. (conſtans foliis 321.) non compactus; ac manu Sirmondi deſcriptus, quo continentur *Theodori* Studitæ Verſus iambici & Epiſtolæ.

CLVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 70.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Baſilii* Imperatoris ad Leonem Sapientem filium ſuum, Capita LXV. parænetica.

2°. *Georgius* Gemiſtus (Pletho ſæculo XV°. clarus) de Virtutibus; ejuſdem Compendium Zoroaſtris & Platonis dogmatum.

3°. Excerpta ex memorabilibus Xenophontis rhetoris.

4°. De Hominis ſtructura & ex quibus conſtet.

5°. Monachi Deſcriptio.

6°. *Libanii* declamatio de Muliere loquace.

7°. Pharmaca ex diverſis animalibus.

8°. De Zodiaco, Planetis & Sole.

9°. *Lycurgi* Leges Lacedemoniis datæ.

CLIX.

CLIX.

Codex chartaceus in-4. (foliorum 31.) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur

1°. *Leonis* Sapientis Methodus prædicandi ex Evangelio & Pſalterio.

2°. Anonymi Oneirocriticon Danielis ad Nabuchodonoſor verſibus iambicis.

3°. Anonymi verſus Iambici de Beata Virgine.

4°. Anonymi Aſtrologica quædam & Chiromantica, cum figuris.

CLX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 51.) ſæculo XVI°. exaratus & non compactus, quo continentur,

1°. *Theophilacti* Bulgariæ archiepiſcopi Epiſtolæ LXII.

2°. *Theodori* Edeſſeni Capita aſcetica centum (Latinè).

CLXI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 190.) Genuæ anno 1608. manu Sirmondi deſcriptus ex antiquo Bibliothecæ *Saulii* Brugnatenſis epiſcopi codice. Ibi habetur *Simeon* monachus (& abbas S. Mamantis Cp. XI°. ſæculo clarus) de

Digitized by Google

Paſſionibus, Virtutibus & Vitiis, cum exemplis ex veteri Teſtamento deſumptis.

CLXII.

Quaternio chartaceus in-12°. (conſtans foliis 36.) ſæculo XVI°. exaratus, complectens *Simeonis* monachi (ejuſdem qui ſupra) interpretationem in Symbolum & *Païſii* (Ligaridii Chii Gazæ Metropolitani ſæculo XVII°.) orationem adverſus tentationes.

CLXIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 240.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Gregorii* (ſeu Georgii) Ceramei archiepiſcopi Tauromitani (ſæculo XII°. clari) de variis Evangelii locis ac de feſtis diebus Homiliæ LIV.

2°. *Joannis* Furnæ (ſive Furni vel Phurni Euthymio Zigabeno coævi) Sermo de Tranſlatione corporis Dei-paræ Virginis, quando ſurrexit ante communem reſurrectionem.

CLXIV.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 195.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continetur *Gregorii* Ceramei eædem Homiliæ. quæ ſupra. Prima tamen deſideratur.

Digitized by Google

CLXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 154.) ſæculo XVI°. exaratus & non compactus, quo continetur *Andronici* Comneni Imperatoris contra Judæos Tractatus.

CLXVI.

Quaterniones chartacei in-fol. (complectentes folia 94.), ſæculo XVII°. exarati, quibus continentur,

1°. *Philotheus* (Patriarcha Cp.) de Cordis cuſtodiâ, (editus in Theſauro aſcetico Petri Poſſini, qui hunc librum alteri, neſcio cui, Philotheo perperam tribuit).

2°. *Theodori* Edeſſeni capita centum practica, (ſive Aſcetica). Incipiunt : Ἐπειδήπερ θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ.

3°. S. *Gregorii* Nazianzeni Epicedium in S. Baſilium Magnum, & notæ in XX^am^ ipſius Gregorii Orationem ; ejuſdem de S. Baſilio.

4°. Africani fragmentum in vetus Teſtamentum.

5°. Autographum brevis Epiſtolæ primâ menſis Februarii anno 1662. ſcriptæ à quatuor Epiſcopis Peloponeſi ad Regem Francorum Ludovicum XIV. (In hac Epiſtola gratias agunt Epiſco-

Digitized by Google

pi Ludovico Magno, quod ipſo deprecante benignum erga ſe ſuoſque greges ſentiant Imperatorem Turcarum.

6°. Ichnographia Templi S. Sophiæ Cp.

7°. *Epiphanii* fragmentum de Sepulchro Chriſti in pergamena ſæculo XII°. exaratum.

CLXVII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 202.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1° *Nicolai* Cabaſilæ (archiepiſcopi Theſſalonicenſis) de Vitâ in Chriſto libri V. Idem contra Uſurarios.

2°. *Joannis* Damaſceni Introductio elementaria Dogmatum. Idem de Triſagio ad Joannem, archimandritam. Idem adverſus Iconomachos.

3°. *Gregorius* Nyſſenus & *Nilus* in Cantica Canticorum.

CLXVIII.

Quaterniones chartacei in-fol. (conſtantes foliis 78.) ſæculo XVI°. exarati, quibus continentur,

1°. *Georgius* Scholarius (Patriarcha Cp. qui & Gennadius dictus eſt). In laudem Mileſiorum Oratio, (cujus neque Renaudotius, neque

Digitized by Google

Fabricius meminêre). Incipit: κατά την πρόςαξιν.

2°. Anonymi Expoſitio unionis Eccleſiarum ſub Conſtantino & Romano. Initium ο κύριος ήμων ιησȣς.

3°. *Joannis* metropolitæ Euchaïtarum in Baſilium, Gregorium & Chryſoſtomum Orationes. Prima incipit: Πάλιν ιωάννης ὁ τὴν γλῶτταν.

C L XI X.

Codex bombycinus in-4°. (foliorum 225.) manibus diverſis exeunte ſæculo XIV°. exaratus, initio & in fine mutilus, mucidus & ſquallidus. Ibi continentur,

1°. Anonymi Homilia (imperfecta) in Joannis Evangelii caput IX.

2°. Queſtio, in quo intellectus ſit reponendus.

3°. *Anaſtaſii* (Sinaïtæ) Quæſtiones & reſponſiones eccleſiaſticæ.

4°. S. *Joannis* Chryſoſtomi in Mattheum Homiliæ XIII.

5°. *Baſilii* Magni Aſcetica.

6°. Dialogus Baſilii Magni & Gregorii Nazianzeni.

7°. Sententiæ & Apophtegmata per ordinem.

8°. *Nicephori* Patriarchæ (Cp. primi an ſecundi incertum) Oneirocriticon, ſive Interpretatio ſomniorum.

Digitized by Google

9°. *Theophilacti* (Bulgariæ archiepiſcopi) in Mattbæum Expoſitio.

10°. *Nicolai* Methonenſis epiſcopi de Spiritu ſancto adverſus Latinos.

CLXX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 81.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continetur Anonymi Liber pœnitentialis, ſeu Summa caſuum praxi Græcorum accommodata.

Is codex Reſidentiæ Cp^{næ} *PP. Soc. Jeſu inſcribitur.*

CLXXI.

Codex membranaceus in-fol. minori, (conſtans foliis 191.) ſæculo XII°. exaratus, quo continetur Collectio philoſophica ſimul & theologica, ex variis authoribus ac de diverſis argumentis, quorum index initio præfigitur. In fine nonnulla deficiunt.

CLXXII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 245.) ſæculo XII°. exaratus, quo continentur excerpta è Patribus de diverſis quæſtionibus, quarum index initio habetur. Hujus codicis ultima folia maculis inſperſa ſunt.

CLXXIII.

Codex chartaceus in-4°. minori, foliorum

Digitized by Google

346.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur Sententiæ ex Evangelio & Patribus deſumptæ.

C L X X I V.

Codex chartaceus in-4°. minori, (foliorum 136.) ſæculo XVI°. exaratus, ac paulo mucidior. Ibi habentur Collectanea theologica ex Patribus excerpta.

C L X X V.

Codex chartaceus in-4°. (foliis 188. conſtans), ſæculo XVII°. manu Sirmondi exaratus. Ibi continentur Collectanea theologica & aſcetica quorum index initio legitur.

C L X X V I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliia 145.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur Collectanea theologica ex diverſis authoribus antiquis.

C L X X V I I.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 311.) ſæculo XVII°. exaratus & non compactus. Ibi habentur Collectanea theologica & aſcetica ex diverſis Patribus excerpta atque ordine alphabetico diſpoſita.

C L X X V I I I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 262.)

Digitized by Google

ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur *Frontonis Ducæi* Collectanea ex variis Scriptorum eccleſiaſticorum opuſculis decerpta.

CLXXIX.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 162.) ſæculo XVIII°. exaratus, quo continentur Miſcellanea anecdota ad Theologiam & Eccleſiaſticam hiſtoriam ſpectantia.

CLXXX.

Faſciculus quaternionum chartaceorum in-fol. ſæculo XVII°. deſcriptorum in quibus habentur, partim græcè, partim latinè, Opuſcula ſacra ex codicibus græcis illuſtrium Bibliothecarum Bavaricæ & Auguſtanæ in Latinum converſa à Jacobo Pontano S. J. cum Jacobi Gretzeri notis.

(Foliis 290. conſtat is faſciculus.)

CLXXXI.

Faſciculus quaternionum chartaceorum in-4°. ſæculo XVII°. exaratorum, quibus continentur Fragmenta diverſa & Opuſcula SS. Patrum. (Conſtat foliis 208.)

CLXXXII.

Faſciculus quaternionum chartaceorum in-4°. ſæculo XVII°. exaratorum, quibus continentur Fragmenta

Fragmenta Patrum de rebus theologicis & aſceticis. (Folia 114. complectitur.)

JUS CANONICUM ET CIVILE.

CLXXXIII.

Codex membranaceus in-fol. min. (conſtans foliis 241.) ſæculo XI°. exaratus & malè compactus, quo continentur Apoſtolorum & quorumdam Conciliorum Canones.

CLXXXIV.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 102.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Acta Synodi Nicænæ à *Gelazio* Cyziceno digeſta.

2°. *Athanaſii* epiſcopi Alexandrini Epiſtola de Dionyſio Alexandrino epiſcopo; ejuſdem Epiſtola de nequitiâ & hypocriſi Arianorum.

3°. *Theodori* preſbyteri (Raithuenſis ſæculo VII°. clari) Præparatio & exercitatio pro eo qui diſcere vult quis ſit divinæ Incarnationis modus.

Huic codici adjectus eſt quaternio manu recentiori deſcriptus, in quo habentur Sermo S. *Athanaſii* in deſcriptionem cenſûs & in Beatam Virginem dei-param, necnon ejuſdem Sermo de iis qui ſcandaliſantur.

CLXXXV.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 17.) à Lucâ Holſtenio deſcriptus è regio codice an. 1627. Ibi continetur *Gregorii* preſbyteri Cæſarienſis in Cappadociâ de Sanctis CCCXVIII. Concilii Nicæni Patribus & de Conſtantino Imperatore libellus. (Editus à Combeſiſio in Bibliothecâ Concionatorum.)

CLXXXVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 406.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Theodoreti* Conſtitutiones Petri & Pauli; ejuſdem Collectio Canonum.

2°. *Photii* Nomocanon.

3°. *Taraſii* (Patriarchæ Cp^ni) Epiſtola ad Adrianum Papam.

4°. Canones primæ & ſecundæ Synodi Cp^næ.

5°. *S. Gregorii* (epiſcopi) Neocæſarienſis Epiſtola canonica ad Letoium Melitenſem epiſcopum.

6°. *Timothei* Reſponſa canonica.

7°. *Theophili* Alexandrini (epiſcopi) edictum de die Dominicâ.

8°. *Martyrius* (epiſcopus Antiochenus) de recipiendis Hæreticis.

9°. *Juſtiniani* Novellæ.

Digitized by Google

10°. *Leonis* & *Zenonis* Imperatorum Conſtitutiones.

11°. *Juſtiniani* Conſtitutiones XXIII. quæ deſunt in libris Novellarum.

12°. *Juſtini* Novellæ & *Tiberius* II^{us} Imperator de ſacris ædibus.

CLXXXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, & in fine mutilus, quo continentur Conciliorum Canones, cum Nomocanone Photii & Commentariis Balſamonis. (Conſtat fol. 386.)

CLXXXVIII.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus in-4°. (foliorum 244.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Leonis* Imperatoris Catalogus Eccleſiarum Metropolitanarum quæ ſubſunt Eccleſiæ Cp^{næ}.

2°. Catalogus Eccleſiarum epiſcopalium quæ ſubſunt Eccleſ. Theſſalon. & Heracl.

3°. Officia Palatii.

4°. Formula ſcribendi ad Patriarchas, Metropolitanos, Epiſcopos, &c.

5°. Jura & poteſtas ſingulorum Officiorum tum Eccleſiaſticorum, tum Palatii.

6°. Tituli & dignitates Metropolitanorum & ſubjectorum illis Epiſcoporum.

Digitized by Google

7°. *Nicephori* Patriarchæ Cp. Canones.

8°. *Marci* Alexandrini Interrogationes & *Theodori* Balſamonis Reſponſiones.

9°. Liber Pœnitentialis ex Baſilio & Theodoro Studitâ.

10°. *Siſinnii* Patriarchæ Cp. Canonum Expoſitio.

11°. Anonymi Ordinatio canonica de ſecundis nuptiis.

12°. Officia magnæ Eccleſiæ.

13°. *Joannes Zonaras* in Canones Synodi in Trullo, & alia diverſa quorum index fronti codicis præfigitur.

CLXXXIX.

Quaterniones chartacei *in*-fol. (conſtantes foliis 96.) in quibus habentur,

1°. Pſeudo-Synodus Photiana è manuſcripto græco codice Vaticano diligenter exſcripta & cum archetypo collata, ut teſtati ſunt an. 1703 Joſephus Juvencius & ſodalis ejus Philippus d'Inville.

2°. Synodicon *Germani* epiſcopi Cyprii.

Jus Civile.

CXC.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia

Digitized by Google

495.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur Baſilicorum libri X.

CXCI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 403.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur Baſilicorum epitome (cujus author *Conſtantinus* Harmenopulus ſæculo XIV°. clarus.)

CXCII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 161.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Leonis* Imperatoris leges.

2°. Catalogus Eccleſiarum metropolitanarum.

3°. Catalogus Imperatorum & Patriarcharum Cp.

CXCIII.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 133.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Leonis* & *Conſtantini* Imperatorum Eclogæ, ſeu Compendium legum.

2°. *Andronici* Calliſti Monodia de miſerâ Cp^li^.

CXCIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 167.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Conſtantini Harmenopuli Compendium legum.

Ejuſdem Lexicon vocum latinarum quæ in legibus extant.

CXCV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 404.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymi Leges variæ.

2°. Hiſtoria *Manuelis* Imperatoris.

3°. *Epiphanius* Cypri contra Hæreſes, ſive Panarium.

4°. *Georgius* Lapithes (ſcriptor ſæculi XIV'. Barlaamo coœvus) de Spiritu ſancto adverſus Latinos.

(Hujus codicis finis & quædam in medio deſiderantur.)

CXCVI.

Codex bombycinus in-4°. (foliorum 163.) ſæculo XV°. exaratus, ſitu & mucore fœdatus, complectens Manuale Juris civilis & militaris.

CXCVI.

Quaterniones chartacei in-4°. (foliorum 76.) in quibus habetur Jus manuale *Baſilii*, *Conſtantini* & *Leonis* Imperatorum græcè & latinè interprete, ut putabat Harduinus, Vavaſſore, at certè ipſius manu deſcriptum.

Digitized by Google

HISTORIA JUDAÏCA, ECCLESIASTICA ET CIVILIS.

HISTORIA JUDAICA ET ECCLESIASTICA.

CXCVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 115.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Philonis* Judæi Opera, ſcilicet de Vita Moſis libri tres; de Virtutibus, nimirum Fortitudine, Pietate, Humanitate & Pœnitentiâ; Vita Hominis civilis, ſive de Joſeph; Vita per diſciplinam perfecti, ſive de Abraham.

CXCIX.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 282.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Philonis* Judæi Opera, ſcilicet de Moſaïca mundi creatione; de Decem mandatis; de Judice; de Agriculturâ; de Moſis vitâ; de Joſeph.

CC.

Codex bombycinus in-fol. min. (conſtans foliis 234.) ſæculo XIII°. exaratus, ac malè compactus, cujus in fine characteres præ mucore penè evanuerunt. Ibi continentur *Flavii* Joſeph Antiquitates judaïcæ.

Digitized by Google

C C I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 370.) anno 1640. exaratus, quo continentur *Flavii* Joſeph Antiquitatum judaïcarum libri xx.

C C I I.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 185.) ſæculo xvi°. exaratus, non compactus, initio & fine mutilus, quo continentur *Flavii* Joſeph Antiquitatum judaïcarum & de bello Judaïco fragmenta.

C C I I I.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo xvi°. exaratus, quo continetur *Flavius* Joſeph de bello Judaïco. (Folia 263. complectitur.)

C C I V.

Quaterniones chartacei in-4°. (foliorum 59.) ſæculo xvii°. deſcripti, in quibus habentur *Joannis* Apoſtoli & *Prochori* ejus diſcipuli peregrinationes à Frontone Ducæo recognitæ.

C C V.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 150.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur *Theodoreti* epiſcopi Cyri Hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri v.

C C V I.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo xvi°. exaratus,

Digitized by Google

ratus, quo continentur *Theodoreti* epiſcopi Cyri Hiſtoria Philothea, ſeu virorum morum ſanctitate præſtantium. (Conſtat is codex foliis 98.)

CCVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, ubi habentur *Hermiæ* Sozomeni Salaminii Hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri IX. (Conſtat foliis 199.)

CCVIII.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 350.) ſæculo XI°. exaratus, quo continentur *Simeonis* Metaphraſtæ Vitæ Sanctorum menſis Octobris; quibus adjectus eſt quaternio manu recentiore ſcriptus complectens S. Paphnutii martyrium.

CCIX.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Gregorii* Cyprii Sermo in Magnum Chriſti martyrem Georgium prioribus XII. foliis in charta deſcriptus.

2°. Synaxarium complectens totius anni Sanctorum res geſtas per compendium.

(Conſtat foliis 303.)

CCX.

Codex membranaceus in-fol. majori, non

I

compactus, in fine mutilus, ac ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Anonymi Vitæ Sanctorum; ejuſdem de miraculis quorumdam SS.

2°. *Andreæ* Cretenſis Sermo de vitâ humanâ & de dormientibus.

3°. S. *Ephrem* Sermo de ſalute animæ & de futuro Judicio.

4°. S. *Joannis* Chryſoſtomi de Judicio.

5°. S. *Joannis* Damaſceni de iis qui dormierunt in fide.

6°. S. *Baſilii* magni Sermones duo de Jejunio.

7°. Anonymi Vita S. Macharii Ægyptiaci.

8°. S. *Joannes* Chryſoſtomus in Filium prodigum.

(Conſtat is codex foliis 357.)

CCXI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XV°. exaratus, initio & in fine mutilus, quo continentur,

1°. *Geronticon*, ſeu Vitæ Patrum ordine alphabetico. (Deeſt initium.)

2°. Narratio ex vitâ abbatis Danielis.

3°. Sententiæ & geſta Sanctorum Senum.

4°. Pratum Spirituale *Joannis* (Moſchi) monachi, cujus finis deſideratur.

(Conſtat is codex foliis 282.)

Digitized by Google

CCXII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 511.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Vita S. Andreæ.

2°. Vita Sanctæ Eupraxiæ per *Ignatium* hieromonachum Chium.

3°. Martyrium Sanctæ Catharinæ.

4°. *Chriſtophori* Alexandriæ epiſcopi Sermo in Serpentem.

5°. Anonymi Paræneſes SS. Patrum.

6°. Collecta è SS. Patribus, ubi Sermo *Theodori* Studitæ de Spirituali concione.

Historia Civilis.

CCXIII.

Codex chartaceus in-4°. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Excerpta ex *Strabonis* Geographiâ.

2°. Compendium terræ habitabilis ex Strabone.

3°. *Hieroclis* (Grammatici Conſtantino IX. antiquioris) Notitia geographica Imperii Cp. (edita à Scheleſtrato tomo 2. Antiquit. Eccleſ. illuſtr. ubi inſcribitur ex variis mſſ. Συνέκδημος, ſeu *Comes Peregrinationis*.)

4°. *Georgii* Gemiſti Plethonis Chorographia Theſſaliæ.

Digitized by Google

5°. Palæologorum Genealogia, & Chronographia ab Adam ad Michaelem & Theophilum Imperatores.

CCXIV.

Codex bombycinus in-4°. (foliorum 231.) ſæculo XIV°. exaratus, cujus initium & finis deſiderantur. Ibi habetur *Ptolomæi* Geographia.

CCXV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 77.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Euſtathii* (Theſſalon. epiſc.) Commentarius in Dionyſium Periegetem.

CCXVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 230.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Xenophontis* de Cyri inſtitutione, libri VII.

Ejuſdem de Cyri expeditione, libri VII.

Ejuſdem Œconomicus, cum Scholiis minio deſcriptis ad marginem.

CCXVII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 191.) ſæculo XV°. per manum *Michaelis* Apoſtoli Græci in bello captivi deſcriptus. Ibi continentur,

1°. *Xenophontis* de Cyri expeditione, libri VII.

Digitized by Google

2°. *Theognidis* Megarenſis carmina.

3°. *Epicteti* Enchiridion.

4°. *Pythagoræ* Aurea carmina.

5°. *Ariſtoteles* ad Alexandrum de Mundo.

CCXVIII.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 252.) ſæculo XVI°. exaratus, ac Venetiis emptus ſcutis aureis decem an. 1553. Ibi continentur *Diodori* Siculi Bibliothecæ hiſtoricæ, libri V. priores.

CCXIX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 237.) ſæculo XVI°. exaratus, ac non compactus, quo continentur *Diodori* Siculi Bibliothecæ hiſtoricæ, libri V. priores. (Hoc codice uſi ſunt in excudendo Typographi.)

CCXX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 276.) an. 1546. deſcriptus, ac non compactus, quo continentur *Diodori* Siculi Bibliothecæ hiſtoricæ, libri V. ab XI°. ad XV^um^.

CCXXI.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 272.) ſæculo XVI°. exaratus, ac Venetiis an. 1553. emptus ſcutis aureis decem. Ibi habentur

Diodori Siculi Bibliotbecæ hiſtoricæ libri v. ab xi°. ad xv^um^.

CCXXII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 230.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur *Diodori* Siculi Bibliothecæ hiſtoricæ, libri vii. à xi°. ad xvii^um^.

CCXXIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur *Philoſtrati* Lemnii Imagines, cum Scholiis inter lineas & ad margines. (Conſtat foliis 49.)

CCXXIV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 194.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur *Philoſtrati* Lemnii Hiſtoria vitæ Apollonii Thyanæi.

CCXXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 47.) ſæculo xvii°. ſatis negligenter deſcriptus.

Ibi continentur *Procopii* de Juſtiniani ædificiis Orationes.

Ejuſdem Anecdota, ſive arcana Hiſtoria Juſtiniani; cujus operis initium & finis deſiderantur.

CCXXVI.

Codex chartaceus in-4°. minori, (foliorum 84.) Sirmondi manu deſcripus. Ibi continentur

Digitized by Google

Theophylacti Simocattæ (medio ſæculo VIII°. clari), Hiſtoriæ univerſalis, libri VIII.

CCXXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur *Georgii* Syncelli monachi (qui ſæculo VIII°. exeunte floruit), & *Theophanis* (Syncello coævi) Chronographia. (Conſtat folis 647.)

CCXXVIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Georgii* Syncelli chronographiæ libri duo, quorùm prior à *Julio* Cæſare ad Diocletianum, alter à Diocletiano ad Michaelem & Theophylactum Imperatores. (Conſtat is codex foliis 407.

CCXXIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur J*oannis* Xiphilini (Patriarchæ Cp.) Epitome romanæ Dionis Hiſtoriæ. (Conſtat folis 211.)

Obſervat Monteſalconius (præfat. ad Biblioth. Coiſlianam) *ſat rara eſſe hujus Epitomes exemplaria mſſ.*

CCXXX.

Codex chartaceus in-fol ſæculo XVI°. exaratus, mucore nonnihil vitiatus. Ibi continentur *Joannis* Zonaræ annalium liber tertiùs à Conſtan-

Digitized by Google

tino Magno ad Alexii Comneni mortem. (Conſtat foliis 233.)

CCXXXI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur (a);

1°. *Joannis Zonaræ* (rectius forte Michaelis Glycæ) Epiſtolæ XLVI. ad Varios.

2°. Anonymi Antapologeticum ad Imperatorem Manuelem Comnenum, & quæſtiones diverſæ de Mathematicis. (Conſtat is codex foliis 184.)

CCXXXII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 392.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Joannis Tzetzæ (medio ſæculo XII°. clari); Liber hiſtoricus verſibus politicis.

Ejuſdem Epiſtolæ CVII.

Ejuſdem de differentiâ Poëtarum.

Ejuſdem de Comediâ & Tragediâ.

Ejuſdem de omni Metrorum genere verſibus politicis.

Ejuſdem argumentum Iliados verſibus itidem politicis.

CCXXXIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exara-

(a) *Nota*. Is codex potius ad Theologiæ claſſem pertinet. At id ſerius advertimus.

tu

tus; quo continetur *Joannis* Curopalatæ compendium Hiſtoriarum à cæde Nicephori, uſque ad imperium Iſaaci Comneni. (Hoc compendium, ut obſervatur in catalogo Bibliothecæ Regiæ, Georgio Cedreno totum tribuitur, exceptâ illâ parte quæ Iſaaci Comneni & reliquorum principum res geſtas complectitur, & ſola *Joannis* Curopalatæ nomen præfert.) Conſtat is codex foliis 262.

CCXXXIV.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 157.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Michaelis* Glycæ Annalium libri tres ab exordio mundi ad Diocletianum & Maximianum.

CCXXXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 228.) Venetiis an. 1541. deſcriptus. Ibi continetur *Nicetas* Choniata de Imperio Joannis Comneni, Michaelis Comneni, Alexii Porphyrogenitæ, Andronici Comneni, Iſaaci Angeli & filii ejus Alexii, & Alexii Ducæ (qui & Murzuphlus) ac de iis quæ poſt captam Urbem acciderunt.

CCXXXVI.

Codex chartaceus in-fol. Venetiis an. 1541. deſcriptus, quo continentur eadem *Nicetæ* Opera. Hujus codicis XVIII. priora folia ſunt ad pol-

Digitized by Google

licis latitudinem perforata. (Conſtat foliis 370.)

CCXXXVII.

Codex bombycinus in-8°. (foliorum 163.) ſæculo XIV°. exaratus, quo continetur anonymi Hiſtoria à creatione mundi ad tempora Synodi ſextæ, cum aliis quibuſdam opuſculis.

Is codex adeo mucore infectus eſt, ut mediâ ſui parte legi nequeat, litteris pænè extinctis & oculorum aciem fugientibus.

CCXXXVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 97.) an. 1547. exaratus, quo continentur anonymi de Urbe Conſtantinopolitana, de ejus ſitu, thermis, ſtatuis, &c. excerpta è Bibliothecâ Vaticanâ.

PHILOSOPHI, MATHEMATICI, AC MUSICI.

PHILOSOPHI.

CCXXXIX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 63.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Pythagoræ* Aurea carmina, cum Commentariis Hieroclis (ineunte, ut Jonſio videtur, ſæculo V°. clari).

CCXL.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 300.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Digitized by Google

1°. *Pythagoræ* Aurea carmina, cum comment. *Hieroclis.*

2°. *Pſelli* Expoſitiones queſtionum Phyſicarum ad Michaelem Ducam Imperatorem.

CCXLI. (*a*)

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 309.) ſæculo XVI°. eleganter deſcriptus, quo continentur *Procli* Philoſophi (V°. ſæculo clari) in Platonis Théologiam, libri VI.

CCXLII.

Codex chartaceus in-fol. partim ſæculo XV°. partim XVI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Procli* Philoſophi libri VII. in Platonis Parmenidem ſeu de Ideis.

2°. Excerpta utilia ex ejuſdem Commentariis in Platonis Cratylum, ſeu de rectâ nominum ratione. (Conſtat is codex foliis 468.)

CCXLIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 140.) ſæculo XVI°. exaratus, cujus initium & quædam verſus finem deſiderantur.

Ibi continentur *Olympiodori* Philoſophi (Da-

(*a*) *Nota.* Omnes Platonis & Ariſtotelis Interpretes his continenter ſubjungendos eſſe duximus majoris perſpicuitatis gratiâ.

Digitized by Google

maſcio de quo infra, paulo junioris) Scholia in Platonis Phædonem, ſeu de animæ immortalitate.

Ejuſdem Expoſitio in Platonis Philebum, ſeu de voluptate cum annotationibus ad marginem.

CCXLIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 178.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Hermiæ* (Syriani qui ſæculo V°. florebat, diſcipuli), in Platonis Phædrum, ſeu de Pulchro ejuſque amore commentariorum libri tres (inediti.)

CCXLV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, initio mutilus, quo continentur *Ariſtotelis* Opera varia, quorum index initio præfigitur. Con ſtat foliis 339.)

CCXLVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 190.) (ineunte ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Ariſtotelis* Jatrica, ſeu de Medicinâ.

Ejuſdem Problemata phyſica.

Ejuſdem ad Nicomachum Ethica, cujus initium deſideratur.

CCXLVII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 118.) ſæculo XV°. exaratus, ac malè compactus, quo

Digitized by Google

continentur *Ariſtotelis* ad Nicomachum Ethicorum libri x.

CCXLVIII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 129.) ſæculo XVI°. elegantiſſimè deſcriptus, quo continentur *Ariſtotelis* ad Nicomachum Ethicorum libri x.

CCXLIX.

Codex chartaceus in-8°. majori, (foliorum 125.) ſæculo XVI°. eleganter ſcriptus, in cujus fine nonnulla deſunt. Ibi continentur,

1°. *Ariſtotelis* ad Nicomachum Ethicorum libri duo; ejuſdem ad Eudemum Ethicorum libri duo; ejuſdem liber 1us & 2us Œconomicorum.

2°. *Theophraſti* excerpta de Hiſtoriâ Plantarum; ejuſdem de ſuccis Plantarum.

CCL.

Codex chartaceus in-ſol. (conſtans foliis 80.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Dexippi* Philoſophi (Jamblici diſcipuli) in Ariſtotelis Cathegorias, libri tres (editi tantum latinè).

2°. *Alexandri* Aphrodiſæi ad Imperatores (Septimum Severum & Caracallam) de fato & de eo quod eſt in noſtrâ poteſtate.

Digitized by Google

3°. *Jamblicus* (imperante Conſtantino Magno clarus) de fato.

CCLI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 134.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Sophoniæ* monachi paraphraſis in Ariſtotelis cathegorias, de homonymis, paronymis, hetoronymis & polyonymis.

2°. *Ariſtotelis* Ethica & Phyſica.

CCLII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVIII°. exaratus, ac non compactus, quo continentur *Herennii* Philonis (Diocletiani temporibus clari) in Ariſtotelis Metaphyſicam Commentarius. (Conſtat foliis 98.)

CCLIII.

Codex chartaceus in-fol. à quodam ſcribâ Nicolao Kokol an. 1544. deſcriptus. Ibi habetur *Syriani* Philoxeni (Procli magiſtri) in Ariſtotelis metaphyſicorum XI. XII. & XIII^{um} libros Commentarii (inediti) Initium : Εν τῷ μείζονι ἀτὶς ἡ πυρῶσα σκέψις, &c. (conſtat foliis 135.)

CCLIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 324.) Venetiis an. 1570. deſcriptus, quo con-

Digitized by Google

tinentur *Ammonii* Hermeæ (Procli diſcipuli) Scholia in Ariſtotelis libros ſex Metaphyſicorum.

CCLV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, non compactus & in fine mutilus. Ibi continentur Autoris incerti Scholia in Ariſtotelis Metaphyſicam. (Folia 73. complectitur).

CCLVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 53.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Philoponi* (Ammonii Hermeæ diſcipuli) Scholia in librum 2um priorum Ariſtotelis Analyticorum.

CCLVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Joan.* Cantacuzeni Imperatoris Ethicorum Ariſtotelis paraphraſis ſcripta ſub nomine *Joſephi* monachi. (Conſtat foliis 268.)

CCLVIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Michaelis* Pſelli in Ariſtotelis Phyſicorum libros VIII. Expoſitio brevis. (Conſtat foliis 169.)

CCLIX.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 220.) ſæculo XVI°. exaratus, ſitu corruptus & in fine

mutilus; quo continetur *Michael* Pſellus de auri conficiendi ratione (ex Ariſtotele) ad S. Patriarcham Xiphilinum.

CCLX.

Codex bombycinus in-fol minori, (conſtans foliis 87) Venetiis emptus ſcutis aureis duobus an. 1553. ac paulo ante exaratus, cujus finis deſideratur, ac litteræ præ mucore pluribus in locis pene evanuerunt. Ibi continentur,

1° *Nicephori* Blemmidæ (monachi XIII°. ſæculo clari), introductoria ad Logicam Ariſtotelis Epitome, cujus priora quatuor deſunt capita.

2°. *Luciani* Dialogi initio ac in fine mutili.

CCLXI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, in fine mutilus. Ibi continentur *Nicephori* Blemmidæ introductoriæ Epitomes in Logicam & Phyſicam Ariſtotelis libri duo. Accedit fragmentum Expoſitionis in Pſalmum VIII. (Conſtat is codex foliis 192.)

CCLXII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 250.) ſæculo XV°. eleganter deſcriptus, initio & in fine ſitu corruptus ac mutilus. Ibi continetur *Nicephori* Blemmidæ Epitome introductoria in Phyſicam Ariſtotelis.

CCLXIII.

Digitized by Google

CCLXIII.

Codex chartaceus in-fol. circa an. 1569. deſcriptus, quo continentur,

1°. *Nicephori* Blemmidæ introductoriæ Epitomes liber 2ᵘˢ qui verſatur circa cauſas phyſicas; excerptum de ejuſdem expoſitione in Pſalmum VIII. ex ejuſdem Typico Inſtructionis ad monachos libri tres, ſcilicet de Fide, Virtute, Animâ, &c.

2°. *Porphyrius* de Virtutibus.

3°. *Andronicus* (Calliſtus) de affectionibus animæ.

4°. Anonymi Provinciæ orbis terrarum cognitæ.

5°. *Boëtius* de arte dialecticâ, cum Scholiis ad marginem conjectis. (Conſtat is codex foliis 140.)

CCLXIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur Scholia in IV. Ariſtotelis Libros de partibus animalium; in Librum de inceſſu animalium: in Libros de memoriâ & reminiſcentiâ, de ſomno & vigilia & de divinatione per ſomnia; in Librum de motu animalium; in Librum de longitudine & brevitate vitæ; in Libros de ſenectute & juventute, de vitâ & morte,

Digitized by Google

ac de reſpiratione. (Is codex folia 238. complectitur.)

C C L X V.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 183.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Plutarchus* de animi tranquillitate. Idem de fortunâ Romanorum. Idem de fortunâ & virtute Alexandri Magni. Iidem tractatus in hoc codice occurrunt latinè editi, Pariſiis an. 1505. Typis aſcenſianis. Ibidem etiam habetur Plutarchus de Placitis Philoſophorum à Guillelmo Budæo latinè factus & eodem anno editus.

C C L X V I.

Codex chartaceus in-fol. (complectens folia 321.) cujus ad calcem legitur: *hoc Opus per me Camillum Barthol. de Zanettis Brixianum ſcriptum eſt ſub anno à Virginis puerperio* M. D XLII. *in almâ Venetiarum Urbe.* Ibi continentur *Sexti* Empirici, Pyrrhonianarum Hypotheſeon libri III.

Ejuſdem adverſùs Mathematicos libri X. Item de bono & malo. (Incertum an Sexti ejuſdem ſit illud Opuſculum doricè ſcriptum)

C C L X V I I.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Jamblici* Philoſophi Opera, cvm variis lectionibus & notis ad marginem con-

Digitized by Google

jectis. Ad calcem adjectus eſt, quaternio foliorum 26. manu recenti deſcriptus, continens excerpta ex eodem Jamblico latinè & græcè.

CCLXVIII.

Codex chartaceus in-4°. ſæculo XVI°. exaratus, initro mutilus ac maculis ab humore impreſſis, hinc & inde vitiatus. Ibi continetur *Nemeſii* (Emeſæ in Phœniciâ ſæculo IV°. epiſcopi) Liber de naturâ hominis (in Bibliotheca PP. græcè & latinè editus). (Conſtat is codex foliis 86.)

CCLXIX.

Codex bombycinus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Damaſcii* (ſive Damaſceni temporibus Juſtini & Juſtiniani Imperatorum Athenis clari) dubia & ſolutiones de primis principiis. Opus, ut videtur, ineditum. Incipit : πότερον ἐπέκεινα τῶν πάντων ἐστιν. (Continet is codex folia 350.)

CCLXX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 85.) ſæculo XVI°. eleganter exaratus, quo continentur,

1°. *Simeonis Beſtæ Oſeth* (in exemplari Medicæo vocatur author *Simeon Seth*, cognomento *Veſtius*, id eſt, protoveſtiarius.) Compendium

& Flores Philoſophicarum opinionum de rebus phyſicis. (Opus, ut videtur, ineditum de quo itidemque de authore Manuelis Porphyrogenitæ temporibus claro vide Fabricium Bibliothecæ græcæ tomo 10. p. 319.)

2°. *Anaſtaſii* Sinaïtæ de Diuturnitate vitæ.

3°. Excerpta ex Moralibus Alexandri Aphrodiſienſis problematis de Fato.

4°. *Pſelli* de Sententiâ Græcorum circa dæmones.

5°. Anonymi Logica quædam & de Imaginibus; ejuſdem *Pſelli* Dialogus inter Timotheum & Thracem de dæmonibus.

6°. *Joannis* Itali in Ariſtotelem de Interpretatione breves Expoſitio (inedita). Incipit: τὰ εἴδη τοῦ λόγου.

CCLXXI.

Codex chartaceus in-fol. (foliorum 29.) ſæculo XVI°. exaratus, atque initio nonnihil detritus. Ibi continetur *Chriſtophori* Conteleontis (cujus nulli, quod ſciamus, Bibliographi meminêre) de animæ Immortalitate opuſculum, ut videtur (ineditum.) Incipit: πᾶσα γνῶσις ἀγαθή.

CCLXXII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 35.) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur *Georgii* Pachy-

Digitized by Google

meræ diaconi (ſæculo XIII°. clari) Logicæ liber primus, (ut videtur ineditus).

CCLXXIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 327.) ſæculo XVI°. exaratus, in cujus fine nonnulla deſiderantur. Ibi continentur,

Georgii Pachymeræ Philoſophiæ libri XII. ut videtur (inediti). Initium : ſεἰναῖ]αι παῤ ἠσυόδω.

Ejuſdem Mechanica cum figuris (inedita). Incipit : θαυμάζεται τῶν μεν κατὰ φύσιν.

MATHEMATICI.

CCLXXIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, cujus initio quædam deſiderantur. Ibi continentur,

1°. Archimedis Opera.

2°. *Eutocius* (Aſcalonita vergente ſæculo V°. clarus) in Archimedem. (Opus utrumque cum figuris.)

(Conſtat is codex foliis 232.)

CCLXXV.

Faſciculus non compactus, codicum chartaceorum in-fol. ac recenti manu exaratorum, complectens *Euclidis* Opera cum figuris geometricis.
(Conſtat foliis 306.)

Digitized by Google

CCLXXVI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Euclidis* Elementa geometriæ cum figuris; ejuſdem data ſeu conceſſa.

2°. *Theodoſii* Sphæricorum libri tres.

3°. *Euclidis* Phœnomena; ejuſdem Catoptrices regulæ.

(Conſtat is codex foliis 245.)

CCLXXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. *Apolloni* Pergæi (Euclidis diſcipuli) de Conorum Sectione libri IV.

2°. *Sereni* Antiſæi (ſeu Antiſnenſis Apollonio Junioris) de Cylindri Sectione. (Opus utrumque cum figuris, atque, ut videtur, græcè ineditum.)

(Conſtat is codex foliis 175.)

CCLXXVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 44.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continetur *Gemini* (Rhodii qui ante Chriſtum verſus Olympiadem CLX. floruit) Introductio ad Meteora, ſeu Cœleſtia: Hoc eſt, Elementa geometriæ (edita in Uranologia Petavii.)

Digitized by Google

CCLXXIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur *Heronis* Alexandrini Geometrica cum ſiguris. (Folia 123. complectitur.)

CCLXXX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Heronis* Alexandrini Pneumaticorum libri duo; ejuſdem de Automatorum fabricâ; ejuſdem Geometria (inedita). Incipit: σημειον ἐςὶν ȣ̓ μέγα. Hanc attribuunt nonnulli Heroni Juniori de quo infra.

2°. *Iſaaci* Argyri monachi (qui ſæculo XIV°. floruit) Geodæſiæ methodus figuris, vario colore depictis ornata. Opus, ut videtur, ineditum. Incipit: ἡ τῶν γεομετρȣμενῶν μετρησίς.

(Conſtat is codex foliis 87.)

CCLXXXI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Æliani* Tacticæ fragmentum.

2°. *Onoſander* (Tacito hiſtorico paulò antiquior aut fortè ipſius æqualis) de Re militari.

3°. *Polyæni* Stratagemata.

(Is codex folia 134. complectitur.)

Digitized by Google

CCLXXXII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 78.) ſæculo xvi°. exaratus, mediâ ferme parte ſui pertuſus ac mutilus. Ibi habetur *Ælianus* de variâ Hiſtoriâ & de Aciebus inſtruendis.

CCLXXXIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymi de Bellicis terrâ marique præparationibus libri xx.

2°. *Ælianus* de inſtruendis Aciebus cum figuris. Verſus finem quædam folia in medio pertuſa; (Conſtat is codex foliis 188.)

CCLXXXIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 162.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur,

1°. *Philoponi* Expoſitio in duos Arithmeticæ Introductionis Nicomachi libros.

2°. *Iſaaci* Argyri monachi & Cydonii (ſive Demetrii Cydonii Argyro coævi) excerpta quædam cum Scholiis ad marginem conjectis. Utrumque Opus figuris ornatum.

CCLXXXV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo xvi°. exaratus, mucore nonnihil vitiatus. Ibi continentur,

Heronis Junioris (qui circa ſeptimum ſæculum floruit)

Digitized by Google

floruit) Poliorcetica, ſeu de Arte urbes expugnandi bellicarum machinarum ope.

Ejuſdem Geodæſia; utrumque opus figuris colore delineatis ornatum.

(Conſtat is codex foliis 49.)

CCLXXXVI.

Codex chartaceus in fol. (conſtans foliis 80.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Theodorus* Prodromus (XII. ſæculi ineuntis, ut videtur, ſcriptor) de magno & parvo, multo & pauco quod non ſint relativa, ſed quanta & contraria. Liber, ut videtur, ineditus. Initium: τίνι δέ ἄλλῳ ἢ λόγῳ τὰ.

2°. *Anonymi* Scholia in librum v^um Euclidis elementorum.

3°. *Euſebius* Cæſarienſis adverſus Hieroclem.

4°. *Theodoreti* in Canticum Canticorum Expoſitio (cujus initium deſideratur).

5°. *Plutarchus* de Muſicâ.

CCLXXXVII.

Codex chartaceus in-4°. (conſtans foliis 145.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymi ad Hermippum de Aſtrologia libri duo.

2°. *Theon* Alexandrinus in Ptolemæi Canones.

Digitized by Google

CCLXXXVIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymi in Ptolemæi Tetrabiblum expoſitio.

2°. *Porphyrii* Iſagoge in Apoteleſmata Ptolemæi cum figuris.

(Conſtat foliis 146.)

CCLXXXIX.

Codex chartaceus in-fol. min. ſæculo XVI°. exaratns, initio & in fine lacer, quo continentur,

1°. *Copernici* de Aſtrorum revolutionibus liber, cujus ſcriptura præ mucore penè evanuit.

2°. Anonymi Sententiæ ordine alphabetico diſpoſitæ.

(Conſtat is codex foliis 200.)

CCXC.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 232.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur incerti authoris opus de Aſtrologiâ & Botanicâ.

(Codicis initio duo folia ſunt avulſa.)

CCXCI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 222.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Digitized by Google

1°. Aſtronomica incerti authoris, ubi de Termino paſchali.

2°. *Nicephori* Patriarchæ Cp. Oneirocriticon; ſive Ars interpretandi ſomnia, ordine alphabetico ac verſibus iambicis; ejuſdem interpretatio de Conſummatione.

3°. Anonymi Inventa perſica in duodecim menſes.

4°. *Nicephori* Calliſti Sacrorum temporum Synopſis.

5°. Anonymi Prognoſtica aëris ſerenitatis ex authoribus diverſis.

6°. *Iſaaci* Argyri monachi Scholium in primam figuram deſcriptæ in plano habitationis.

CCXCII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 205.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Achmetis* filii *Seirim* (ſæc. IX°. Babylone verſati) Oneirocriticon, ſive Scientiæ interpretandi ſomnia ex Ægyptiis, Indis & Perſis. (Opus ſubjunctum Artemidori libris à Rigaltio editis Lutetiæ 1603.)

CCXCIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 44.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Polemonis* (Origene Antiquioris) & Adamantii Sophiſtæ (ſæc. V°. clari) Phyſiognomonica.

Digitized by Google

CCXCIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo xv°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymus de Aſtrologia judiciaria.

2°. *Leo* philoſophus de Regno & Principibus, qnomodo dignoſci poſſit eorum diuturnitas & quid per ejus ſpatium eventurum ſit. Initium : σκόπει τον.

3°. *Laxeuterius*, ſeu Rabulius de Aſtrologia judiciaria & de Nativitatum judiciis cum figuris. (Opus, ut videtur, ineditum.) Incipit ; τὸ εἶδος τὸ δε, τὸ ὄνομα. ἐστὶ τῦ λαχίαμ. Authorem conjicimus fuiſſe natione Perſam ; quo tempore vixerit incertum.

(Is codex folia 325. complectitur.)

CCXCV.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 203.) ſæculo xvi°. diverſis manibus exaratus, ac pluribus in locis mucore corruptus. Ibi continentur,

1°. Anonymi Dialogus mortuorum, ſive Mazari ad inferos Peregrinatio, ubi quorumdam mortuorum quæſtiones de Regni perturbationibus.

2°. Somnium poſt reditum ad vitam, ſeu Col-

loquium ad Manuelem Olobolum à Tænaro (ab inferis) directum.

3°. De Aſtronomicis.

4°. Hermetis Brontologium.

5°. De infantium Nativitatibus.

6°. Hiſtoriæ naturalis & de variis morbis fragmenta.

MUSICI.

CCXCVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 275.) ſæculo partim XVI°. partim XVII°. exaratus, nonnihil à blattis interpunctus. Ibi continentur,

1°. *Ariſtotelis* Harmonica.

2°. *Euclidis* Introductio harmonica; ejuſdem Epitome regularum.

3°. *Ariſtoxeni* (Ariſtotelis diſcipuli) Elementorum Harmonicorum libri tres.

4°. *Nicomachi* (Geraſeni) Manualis harmonici libri duo.

5°. *Manuelis* Bryennii Manualis harmonici libri duo.

6°. Anonymi Sententiæ de animâ.

7°. *Euclidis* Catoptrica; ejuſdem Phœnomena; ejuſdem Opticorum protheoria; ejuſdem Data, ſeu conceſſa; ejuſdem varia fragmenta cum figuris.

Digitized by Google

CCXCVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. *Claudii* Ptolemæi Harmonicorum libri duo cum figuris.

2°. *Porphyrii* Commentarius in Harmonicorum Ptolemæi libros.

3°. Ex *Ptolemæi* Syntaxi excerpta per compendium.

4°. *Joannes* Philoponus de uſu Aſtrolabii; (Opus ineditum.)

5°. *Nicephori* Gregoræ de Structurâ Aſtrolabii, (Opus ineditum.)

6°. Lucubrationes ex Demophili ſcriptis.

(Conſtat is codex foliis 161.)

CCXCVIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Claudii* Ptolemæi Harmonicorum libri tres.

2°. *Porphyrii* in Harmonicorum Ptolemæi libros Commentarii.

3°. *Ariſtidæ* Quintiliani (Cicerone Junioris ac Claudio Ptolemæo Antiquioris) de Muſicâ libri tres cum figuris, nonnullis interjectis lacunis.

(Is codex folia 245. complectitur.)

Digitized by Google

CCXCIX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 414.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur,

1°. *Claudii* Ptolemæi Harmonicorum libri tres.

2°. *Manuelis* Bryennii Harmonicorum libri tres.

3°. *Porphyrii* in Harmonica Ptolemæi Commentarii figuris ornati.

CCC.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 104.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continentur,

1°. *Ariſtidæ* Quintiliani de Muſicâ libri tres.

2°. *Bacchii* (Senioris) Iſagoge Muſices.

3°. *Joannis* Pediaſimi diaconi (ſæculi xiv[i]. ſcriptoris) in nonnulla Cleomedis obſcura expoſitiones (ineditæ). Initium: Κυκλικῶς μὲν εἴρηται.

4°. *Heronis* (Junioris) Geodæſia.

5°. *Iſaac* Argyrus monachus de Trigonis & aliis figuris.

6°. Anonymi Geometrica elementa.

Digitized by Google

HISTORIA NATURALIS ET MEDICINA.

Historia Naturalis.

CCCI.

Codex chartaceus in-fol. (112. foliorum) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Oppiani* Halieuticôn (ſeu de Piſcatione) verſibus Hexametris libri IV. cum Scholiis interlinearibus.

CCCII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 281.) ſæculo XVI°. eleganter exaratus, quo continentur,

1°. *Oppiani* Halieuticôn (ſeu de Arte piſcatoriâ) libri IV. verſibus heroïcis, cum Scholiis interlinearibus.

2°. *Euripidis* Tragœdia, quæ inſcribitur Phœniſſæ.

3°. *Æſchyli* Tragœdia, cui titulus Perſæ.

4°. Pſelli carmen de Dogmate chriſtiano.

5°. *Xenophontis* Rhetoris de Arte equeſtri.

6°. Anonymi (fortè Joannis Pediaſimi) XII. labores Herculis. (Opuſculum editum in Variis antiquis Leonis Allatii.)

Digitized by Google

CCCIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 46.) ſæculo xvi°. exaratus, quo continetur Anonymi Commentarius in iv. Oppiani Halieuticôn libros.

CCCIV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 256.) ſæculo xvi°. elegantiſſimè exaratus, quo continentur,

1°. *Joannis* Galeni (ſeu Pediaſimi, de quo ſupra,) diaconi in iv. Oppiani libros de Arte piſcatoriâ; idem in illud Homeri: *Dii verò ſedentes apud Jovem*, &c.

2°. Selecta ex *Procli* in Heſiodum Schòliis; excerpta ex ejuſdem Scholiis in Theogoniam Heſiodi, atque ex ejuſdem Technologiâ in Aſpidem Heſiodi.

3°. *Theodoſii* (Alexandrini) Grammatici Quæſtiones (ineditæ) de Proſodiâ.

4°. Anonymi genus Sophoclis Poëtæ & Theocriti vita.

CCCV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans 100. foliis) Venetiis ſcriptus an. 1542. Joannis Nauplioti manu. Ibi habetur *Æliani* (diverſi ab eo qui de Tacticâ ſcripſit ac Junioris) Hiſtoria ani-

N

Digitized by Google

malium, ſive de eorum ſolertiâ ac proprietatibus libri VII.

CCCVI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 97.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Ex *Simeonis* Magiſtri Antiocheni (ſeu Simeonis Sethi) ſcriptis excerpta de quorumdam animalium volatilium, aquatilium & terreſtrium facultatibus, ordine alphabetico diſpoſita.

2°. Remedia contra luem diverſorum animalium noxiorum.

3°. Antidota varia è Perſide in Græciam tranſmiſſa.

CCCVII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 37.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Sapientiſſimi *Protaſecretis* Verſus de proprietatibus animalium ad Imperatorem Michaelem Palæologum Juniorem. Initium : ἐχρῆν μὲν ἀδὰμ τον γενάρχην τὸν μεγαν.

2°. Excerpta quædam ex *Polybio*.

CCCVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 99.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continetur *Heronis* (Junioris) Florilegium, ſeu variæ de rebus na-

Digitized by Google

turalibus Commentationes. Initium : ἀρξῶμεθα τοίνυν ἀκολούθως.

CCCIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur *Conſtantini* Porphyrogenitæ, vel alterius ſub ejus nomine, de Agriculturâ libri XX.

Codicis initio legitur: *ex libris Dom. Joan. Ruelli. Ex libris Alberti Fabricii.* (Conſtat foliis 234.)

CCCX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 229.) ſæculo XVI°. exaratus, mucore tantiſper in medio maculatus. Ibi continetur,

1°. *Conſtantini* Porphyrogenitæ de Agriculturâ libri XX.

2°. Aſtronomica ex diverſis.

3°. *Theodori* Prodromi verſus de menſibus duodecim, ut videtur, inediti. Incipiunt à menſe Martio : ἐγὼ στρατηγὸς πρὸς πανοπλίαν ἄγω.

4°. *Photii* Odæ IX. quarum initium : μέσην εἰληφυῖα τοῦ πανθός. Utrum vero ſint Odæ illæ Photii Cp^ni^ an alterius, viderint eruditi.

5°. *Joannis* Alexandrini (vergentis ſæculi XII. ſcriptoris) tempora ſignorum, ut videtur, inedita. Initium : Καρκῖνον διαπορεύεται ὁ ἥλιος ἐν ἡμέραις λα.

Digitized by Google

6°. *Ptolemæi* inerrantium Apparitiones.

7°. *Heronis* (Junioris) de rerum menſuris. (Opus editum in tomo 1°. analect. græc.)

CCCXI.

Codex chartaceus in-12°. (foliorum 279.) ſæculo XVI°. exaratus, maculis verſus finem nonnihil infectus. Ibi continentur *Conſtantini* Porphyrogenitæ de Agriculturâ libri XX.

MEDICI.

CCCXII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 78.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Hippocratis* Coï Epiſtolæ ad Ptolemæum Regem de Structurâ corporis humani.

2°. Anonymus de Menſibus, Paſchate, Indictionibus, Epactis, &c.

3°. *Galenus* de Iſchiade, Podagra & Arthritide. Idem de Pulſu ad Antonium.

4°. *Theophilus* (Protoſpatharius circa Heraclii tempora clarus) de Excretionibus alvi.

5°. *Pſelli* de Re medicâ verſus iambici.

6°. Anonymi Evangeliſtarum encomium.

7°. Anonymi Catalogus Imperatorum.

8°. *Joannis* Geometræ (qui circa ſæculum XI. ſcripſit) Hymni & Odæ in honorem dei-paræ

Digitized by Google

Virginis (editi inter Poëtas Chriſtianos Pariſiis in-8°. an. 1609.)

CCCXIII.

Codex bombycinus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Palladii* Sophiſtæ (Alexandrini) Scholia in octo ſectiones libri ſexti Morborum epidemicorum Hippocratis.

2°. Lexicon ejuſdem Hippocratis ordine alphabetico diſpoſitum, in cujus fine nonnulla deſiderantur. (Conſtat is codex foliis 113.)

CCCXIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. eleganter deſcriptus, quo continetur *Galeni* Introductio, ſeu Medicus. (folia 62. complectitur).

CCCXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 71.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Galenus* de uſu & operatione partium.

2°. *Theophili* Protoſpatharii de corporis humani ſtructurâ libri V. (editi à Fabricio Bibliothecæ Græcæ t. XII.)

3°. Anonymi interpretatio quarumdam Herbarum, & Medicorum quorumdam curationes.

4°. Galeni Obſervationes diagnoſticæ.

Digitized by Google

CCCXVI.

Codex chartaceus in-fol. ſeculo XV°. exaratus, initio mutilus, quo continentur *Galeni* de cauſis ſymptomatum libri V. (Conſtat foliis 112.)

CCCXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Galenus* de compoſitione Medicamentorum quæ extra corpora adhibentur. (Conſtat foliis 7.)

CCCXVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans 183. foliis.) ſæculo XVII°. eleganter deſcriptus, ac duplici non parvo interruptus hiatu. Ibi continentur *Galeni* de Medicamentorum compoſitione libri VII.

In ſuperiori parte penultimi folii verſi legitur, *Charpentarii & amicorum.*

CCCXIX.

Codex chartaceus in-4°. (20. conſtans foliis) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi habetur *Galenus* de Oſſibus.

CCCXX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Dioſcorides* Pedanus anazarbæus de Materiâ medicâ.

Idem de Animalibus venenoſis & de modo præcavendi vulnera ab eis infligenda. Opus in ſec-

Digitized by Google

tiones ordine alphabetico diſtinctum. (Conſtat is codex foliis 246.)

CCCXXI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 105.) ſæculo XV°. exaratus, non compactus ac mucore in ſuperiori parte aliquantiſper vitiatus. Ibi continetur *Dioſcorides* Pedanus de Herbis & Stirpibus medicinalibus.

CCCXXII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus quo continentur,

1°. *Aretæi* Cappadocis de acutorum & chronicorum morborum cauſis & ſignis libri III. Ejuſdem de morborum curatione libri III.

2°. *Philotheus* (in editis & in pluribus manuſcriptis Theophilus) monachus de Urinis.

3°. *Joannis* Zachariæ (filii, cognomento Actuarii ſæculo XV°. clari) de Urinis libri VII.

4°. Anonymus de Venæ ſectione.

(Is codex folia 130. complectitur.)

CCCXXIII.

Codex chartaceus in-fol. minori, ſæculo XVI°. exaratus ac in fine mutilus. Ibi continentur,

1°. *Porphirii* Philoſophi de abſtinentiâ ab eſu animantium libri IV. Ejuſdem vita Pythagoræ.

Digitized by Google

2°. Anonymus de vitâ Alexandri Magni.
(Conſtat is codex foliis 58.)

CCCXXIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Oribazii* (Juliano Imperatori coævi) Medicæ collectiones.

2°. *Aetii* Therapeutica.

3° Anonymi Expoſitio in Hippocratis aphoriſmos.

4°. *Stephanus* (Athenienſis à Patria, Alexandrinus à domicilio dictus, Theophili Protoſpatharii de quo infra diſcipulus) de febrium differentiis: Opus ineditum, quod in quibuſdam manuſcriptis Theophilo ipſi tribuitur.

(Is codex folia 173. complectitur).

CCCXXV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 148.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. *Oribaſius* de fracturis ex Galeno; ejuſdem de Vulneribus capitis ex Heliodoro.

2°. *Aſclepiadis*, *Apollonii* & aliorum Varia chirurgica.

CCCXXVI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XIV°. exaratus, ſitu corruptus, & lacer, ſalvâ tamen adhuc omni

Digitized by Google

omni pœnè ſcriptura. Ibi continentur *Oribaſii* Præparationes medicæ Emplaſtrorum ad Euſtathium filium.

Ejuſdem Euporiſton ad Eunapium libri IV. (Conſtat is codex foliis 155.)

CCCXXVII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 37.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Oribaſius* ad Eunapium de Aquis, Aëre, Balneis & de ciborum proprietatibus.

2°. Idem ad Conſtantinum de Diæta.

3°. *Hierophilus* Philoſophus, Quâ ratione homo vivere debeat ſingulis menſibus. (Liber, ut videtur, ineditus). Incipit, Ἰανουαρίω φλέγμα γλυκύ.

CCCXXVIII.

Codex bombycinus in-fol. maximo, (conſtans 494. foliis), ſæculo XIV. exaratus, cujus initio margines nonnulli inferiores mucore ſituque corrupti. Ibi continetur *Aetii* Amydeni (V°. circiter ſæculo clari) Synopſis trium *Oribaſii* librorum, ſcilicet libri ad Julianum Imperatorem, libri ad Euſtathium & libri ad Eunapium, necnon Therapeuticorum *Galeni*, *Archigenis* & aliorum veterum Medicorum inſignium. Synopſis hæc XVI. libris conſtat, quorum octo priores editi

O

Digitized by Google

græcè, cœteri, ut videtur, inediti. Ad calcem; ubi nonnulla deeſſe videntur, occurrit *Africani* de Ponderibus & Menſuris fragmentum, conjectis quibuſdam ad marginem recentiore manu Scholiis illuſtratum.

CCCXXIX.

Codex chartaceus in-fol. min. (conſtans 356. foliis) ſæculo xv°. exaratus, quo continentur,

1°. *Aetii* Amydeni Therapeuticorum libri octo priores.

2°. *Hippocratis* Aphoriſmi.

3°. *Theophilus* Philoſophus (& Protoſpatharius, Heraclio imperante clarus) de Urinis.

4°. *Galeni* ad Theutram Epiſtola de Pulſu ſenſibili.

5°. *Georgius* Sanginatus Conſul Romanus (& Comes Lateranenſis) de Pulſu ſenſibili (Opuſculum ineditum). Incipit : ὅταν ἐν παρόντων. Ejuſdem Verſus politici (inediti) ad Nicolaum Vnm Papam an. 1450. ſcripti de 16. Mirabilibus mundi. Initium : θήβαι ἑκατονταπυλαι. Ejuſdem Nomenclatura membrorum hominis (inedita) verſibus politicis. Incipit : ὀνόμαζε μοι κεφαλήν.

6°. Anonymi de Synodis œcumenicis & de rege Salomone.

Digitized by Google

7°. *Michaelis* Pſelli Carmina politica ad Imperatorem (Michaelem Ducam) de dogmate Chriſtiano.

8°. Ex *Hyppoliti* Thebani Chronicis fragmentum.

9°. *Gregorii* Nazianzeni Verſus aliquot iambici.

10°. *Joannes* Damaſcenus de Orthodoxa fide (abſque Librorum diviſione).

Hunc codicem non adhibuit Michael le Quien *in ſua Damaſceni operum editione.*

CCCXXX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XV°. exaratus ac malè compactus, cujus primum avulſum eſt folium. Ibi continentur *Aetii* Amydeni Therapeuticæ libri octo poſteriores. (Folia 292. complectitur.)

CCCXXXI.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Alexandri* Tralliani iatroſophiſtæ (clari temporibus Juſtiniani) de Rebus medicis libri 12. (Conſtat foliis 246.)

CCCXXXII.

Codex chartaceus in-4°. cujus ultima folia paulò mucidiora, ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Stephani* Alexandrini Expoſitio in librum magni Sophiſtæ de Urinis (inedita). Incipit: περὶ οὔρων περιθέμενος.

2°. Ex *Olymnio* Alexandrino de Diebus criticis liber (ineditus). Initium: τῶν κρισίμων ἡμερῶν.

3°. *Razæ* Medici (vergente ſæculo x°. clari) de Peſtilentia capita 15. (è ſyriaca lingua in græcam converſa, atque Pariſiis an. 1548. ad calcem Alexandri Tralliani edita.)

4°. Anonymus de Dietâ medicâ.

5°. *Pauli* Æginetæ (Pogonato Imperante clari) Eclogæ ex Hippocrate & Galeno de Venæ ſectione. Idem de Urinis.

6°. Compoſitiones Medicamentorum variæ ex Pythagora deſumptæ.

(Conſtat is codex foliis 99.)

CCCXXXIII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 172.) ſæculo XII°. exaratus, quo continentur,

1°. *Simeonis* Sethi Protoveſtiarii Antiocheni de Ciborum proprietatibus & virtute ſyntagma.

2°. Anonymi Synopſis in quædam Galeni capita de Simplicibus.

Digitized by Google

CCCXXXIV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 91.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Simeon* Sethus Protoveſtiarius de Alimentorum proprietatibus ordine alphabetico (ad Manuelem Porphyrogenitam).

CCCXXXV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 71.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Neophytus* monachus (Prodromicus) de Dentium doloribus & eorum curatione (ineditus). Incipit : ἐν τοῖς ὀδοῦσι παθῶν.

2°. *Maximus* Planudes & *Joannes* Priſdryanus epiſcopus de Urinis : (ineditum opus). Initium primi : τὸ λευκὸν ὕελον δηλοῖ. Initium ſecundi : τὴν περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς.

CCCXXXVI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 114.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Meletius* monachus de Natura & ſtructura hominis, cum Scholiis aliquot ad marginem conjectis (latinè tantùm, ut videtur, editus).

CCCXXXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Rufus Epheſius, Quinam purgandi ? quibus

Digitized by Google

purgativis & quando ? (Opus editum ſub titulo : *De Medicamentis purgantibus.*)

Idem de Morbis veſicæ & renum. (Is Tractatus exiguis lacunis ſcatet.)

Ejuſdem Denominationes hominis partium. (Conſtat is codex foliis 42.)

CCCXXXVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 94.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Joannis* Damaſceni (Arabis ſæculo XII°. clari) de natura, proprietatibus, virtute & compoſitione Medicamentorum purgantium Liber ex arabica lingua in græcam converſus).

2°. *Neophyti* monachi Prodromici Indiculus Manualis Herbarum medicinalium (ineditus). Incipit : *ἀμάραχον καὶ λευκάνθεμον τὸ χαμαίμηλον.*

CCCXXXIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, mucore deformis. Ibi habetur *Actuarius* Philoſophus de Virtute ſpirituum animalium & de Diæta. (Conſtat foliis 45.)

CCCXL.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 391.) ſæculo XIV°. exaratus, quo continentur,

Actuarii de Urinis libri 7.

Digitized by Google

Ejuſdem de Actionibus & affectionibus ſpirituum animalium, eorumque victu & nutritione libri 2.

Ejuſdem Diagnoſtica morborum.

Ejuſdem Therapeutices libri 5.

Ejuſdem de Medicamentis externis. (Hæc Actuarii Opera videntur inedita.)

CCCXLI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 262.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur Excerpta ex *Palladio*, *Archelao*, *Stephano* Alexandrino, *Joanne* epiſcopo Priſdryano & diverſis aliis veteribus Medicis inſignibus. Accedunt Hippocratis præſagia & alia ad Rem medicam pertinentia.

CCCXLII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans 204. foliis) ſæculo XVI°. exaratus, in cujus fine nonnulla occurrunt lacunæ. Ibi continentur Arabum & Perſarum Medicorum ſcilicet, *Razæ*, *Mezuæ*, *Avicennæ*, *Iſaaci* & *Joannis* Damaſceni Operum Medicorum libri VII.

CCCXLIII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 106.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Digitized by Google

1°. Compoſitiones Medicamentorum ex diverſis veteribus Medicis collectæ.

2°. *Hippocrates* de Structura mundi & hominis.

Accedunt Collectanea quædam ex Medicis.

CCCXLIV.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, litteris aureis & picturis inſignitus, paucis tamen avulſis capitum titulis & ornamentis, ſæculo circiter IX°. exaratus. Ibi continentur *Apſyrti* (Conſtantini Magni ætate clari) Pelagonii & Hieroclis de Curandis equorum morbis libri 2. (Non pauca ibi occurrunt ab editis diverſa.) Complectitur is codex folia 391.

CCCXLV.

Codex chartaceus in-fol. ineunte ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Apſyrti*, *Pelagonii* & *Hieroclis* de Curandis equorum morbis, ſeu de Arte veterinariâ libri duo.

Accedit *Orneoſophium*, ſeu de Re accipitrariâ, (cujus author creditur *Demetrius* Cp.) Michaelis Imperatoris juſſu compoſitum.

(Conſtat is codex foliis 175.)

GRAMMATICI,

Digitized by Google

GRAMMATICI, ORATORES, POËTÆ ET PHILOLOGI.

GRAMMATICI.

CCCXLVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 116.) ſæculo XVI°. eleganter deſcriptus, quo continetur *Hermogenis* Rhetorica cum Anonymi Commentariis. Quædam verſus finem occurrunt lacunæ.

CCCXLVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, in fine mutilus. Ibi continentur Dictiones rhetoricæ ex decem Rhetoribus ab Harpocratione collectæ. (Folia 57. complectitur.)

CCCXLVIII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 272.) mucore nonnihil infectus, ac ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur *Aphtonii* Progymnaſmata & Hermogenis Rhetorica cum Anonymi explanatione.

CCCXLIX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 74.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

Digitized by Google

1°. *Michaelis* Syncelli Doctrina de Syntaxi Orationis.

2°. Anonymi de Dialectis, quantitate Syllabarum & aliis Grammaticæ partibus.

CCCL.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 216.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Manuel* Moſchopulus (Junior, ut videtur, ſæculi XV[i]. ſcriptor) de examinandæ Orationis ratione.

2°. *Phocylidis* Fragmentum poëſeos moralis heroïco verſu cum Scholiis inter lineas.

CCCLI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 57.) ſæculo XV°. exaratus, quo continetur Anonymi Grammatica de accentibus, figuris & præpoſitionibus.

CCCLII.

Codex chartaceus in-4°. min. (conſtans foliis 77.) ſæculo circiter XVI°. per Manuelem quemdam exaratus, ac ritè compactus. Ibi continetur *Suidæ* Lexicon.

Is codex ab eruditiſſimis viris DD. de Foncemagne *&* de Brequigny *cum Suidæ nova editione collatus, non videtur ipſis è Pariſienſium illo-*

Digitized by Google

rum eſſe numero, quos Cuſterus in eâ adornandâ ſe adhibuiſſe teſtatur. Occurrunt tamen in eo *Variantes lectiones obſervatu dignæ, quarum inſignior* Chronologiam in omnibus editis Joannis *Tzimiſces Imperatoris morte, hoc eſt, anno 976. terminatam continuat ad uſque* Joannem II. Palæologum *his verbis, quæ latinè tantùm exhibemus.* A Michaele ad Romanum Conſtantini filium, atque ad Joannem Palæologum anni 567. in ſummâ anni 6942.

Porrò in chronologico Suidæ ſyſtemate ibidem expreſſo annus Jeſu-Chriſti natalis cadit in annum ab orbe condito 5500. Annus ergo 6942. reſpondet Æræ Chriſtianæ anno 1442. regnante Joanne *Palæologo. Haud tamen ideo cenſendus iſte codex ad hunc annum pertinere; quippè repugnat character paulò recentior. Sed ad exemplar hoc ipſo elaboratum tempore deſcriptus fuiſſe videtur. E cæteris lectionibus plurimæ (quod fatendum eſt) novi Editoris conjecturas firmant, nonnullæ labefactant.*

Labbeum hoc codice ad quoddam opus cui aliquandiù incubuerat, (utrum perfecerit, id verò ignoratur,) uſum olim fuiſſe veriſimile eſt. Quod quidem colligimus ex ſchedulâ ad calcem codicis

adjectâ cujus hæc verba ſunt, quæ uti jacent repræſentare libet.

IN AUREUM

SUIDÆ LEXICON

EJUSQUE INTERPRETES

HIERON. WOLFIUM ŒTING;

ET

ÆMILIUM PORTUM FRANC. F.

ATQUE ILLUSTRATOREM

JOACHIMUM CAMERARIUM BAMB.

PRÆMETIÆ

NOTARUM ET CASTIGATIONUM

AD HISTORIAM PRÆSERTIM SPECTANTIUM,

Operâ ac ſtudio

PHILIPPI LABBEI BITURICI,

SOC. JESU THEOLOGI.

CCCLIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Incerti authoris Lexicon Græcum.

Digitized by Google

2°. *Nicetæ* metropolitani Heracleenſis Grammaticum opuſculum.

Hujus codicis initium deſideratur, ac plures hinc & indè occurrunt in eo lacunæ.

(Conſtat is codex foliis 170.)

CCCLIV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 202.) ſæculo XIV°. exaratus, mucore ſituque deformis. Ibi continetur Lexicon vocum collectarum ex veteribus ac novis Scriptoribus.

CCCLV.

Codex chartaceus in-12°. (foliorum 156.) ſæculo XVI°. exaratus, cujus finis deeſt ac ſcripturâ præ humore ſituque multis in locis penè evanuit. Ibi continentur,

1°. Lexicon imperfectum incipiens à litterâ θ.

2°. *Maximus* Planudes de Syntaxi verborum ordine alphabetico.

3°. Anonymi Proverbia ordine etiam alphabetico.

CCCLVI.

Codex chartaceus in-16°. (foliorum 186.) formæ oblongæ, ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur Manuale Lexicon Græco-Latinum.

Digitized by Google

Oratores.

CCCLVII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 129.) ſæculo XVIII°. eleganter exaratus, quo continentur *Demoſthenis* Orationes præmiſſo Libanii fragmento de vitâ Demoſthenis & de vario dicendi genere.

CCCLVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 228.) ſæculo XVII°. manibus diverſis exaratus, in fine mutilus & lacer. Ibi continentur,

1°. *Dinarchi* Orationes adverſus Demoſthenem.

2°. *Antiphontis* Orationes.

3°. *Libanii* Sophiſtæ Orationes.

CCCLIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Dionis* Pruſæi Sophiſtæ cognomento Chryſoſtomi Orationes LXXX. (Conſtat foliis 348.)

CCCLX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, initio & in fine mutilus, putridus & lacer, quo continentur (Ælii) *Ariſtidis* Orationes præmiſſo *Platonis* Dialogo cui nomen *Gorgias*. (Folia 195. complectitur.)

Digitized by Google

CCCLXI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 295.) ſæculo XVI°. exaratus, non compactus, versùs finem putrefactus & ſitu horridus, ac initio mutilus. Ibi continentur *Ariſtidis* Orationes cùm expoſitione.

CCCLXII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 210.) ſæculo XVI°. exaratus, cujus ultima folia putredine vitiata. Ibi continetur *Ciceronis* Somnium Scipionis à *Macrobio* Ambroſio Commentariis illuſtratum & à Maximo Planude græcè redditum.

CCCLXIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 80.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Phurnutus* (ſeu Cornutus Perſii & Annœi Lucani præceptor) de Naturâ Deorum.

2°. *Calliſtrati* ἐκφράσεις, ſeu Deſcriptiones XIV.

3°. *Hephæſtion* (Lucii Veri Imperatoris præceptor) de Metro.

CCCLXIV.

Codex bombycinus in-8°. (foliorum 253.) ſæculo XV°. exaratus, initio mutilus, cùm Scholiis inter lineas & ad marginem. Ibi continentur,

1°. *Libanii* Sophiſtæ epiſtolæ CCLXII. (ferè omnes ineditæ).

Digitized by Google

2°. Epiſtolæ *Georgii* (Lecapeni) & Andronici (Zaridæ) *Gregorii* Palamæ æqualium (ineditæ.)

3°. *Georgii* Cypriani, ſeu Cyprii (Patriarchæ Cp.) Sententiæ (editæ Coloniæ an. 1536.)

POETÆ.

CCCLXV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 278.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Ariſtoteles* de Poëtica.

2°. *Demetrius* Phalereus Περί ἑρμηνείας, ſive de Interpretatione.

3°. *Joſephi* (Rhacendytæ, ſeu Racondytæ) Medici de Vitâ quietâ verſus iambici; ejuſdem Synopſis Rhetoricæ.

4°. Anonymus de quantitate Syllabarum & generibus verſuum.

5°. *Joannes* Tzetzes de Verſuum generibus; ejuſdem Verſus politici.

6°. *Herodianus* de Dialectis.

7°. *Conſtantinus* Laſcaris de Syntaxi verborum.

8°. Anonymus de Dialectis.

CCCLXVI.

Digitized by Google

CCCLXVI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 386.) ſæculo XII°. exaratus, quo continetur *Homeri* Ilias cum Scholiis continuis ad marginem.

CCCLXVII.

Codex membranaceus in-fol. min. (conſtans foliis 201.) ſæculo XVI°. eleganter deſcriptus. Ibi continetur *Homeri* Odyſſea.

(Is codex fuit olim Matthæi Palmerii Piſani.)

CCCLXVIII.

Codices chartacei tres in-fol. majori, ſæculo XVI°. exarati, quibus continentur *Euſtathii* in Homeri Iliadem & Odyſſea Commentarii.

In 1°. volumine (foliorum 342.) verſus finem occurrit lacuna.

In 2°. (foliorum 484.) nonnulla deſiderantur, atque ultima folia mucore ſunt vitiata.

In 3°. tandem (foliorum 446.) vitium idem in ſummis quibuſdem marginibus deprehenditur.

CCCLXIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur Scholia in tres *Æſchyli* Tragœdias, ſcilicet in Prometheum vinctum, in ſeptem

Digitized by Google

Duces adverſus Thebas & in Perſas. (Conſtat foliis 59.)

CCCLXX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Sophoclis* Tragœdiæ quinque ſcilicet: Thrachiniæ, Philoctetes, Œdipus Tyrannus, Œdipus in Colono & Antigone. (Folia 188. complectitur).

CCCLXXI.

Codex bombycinus in-4°. minori, (foliorum 133.) ſæculo XV°. exararus, quo continentur *Sophoclis* Tragœdiæ duæ, nimirum Ajax flagellifer & Electra, cum Scholiis & gloſſis interlinearibus.

CCCLXXII.

Codex bombycinus in-4°. (foliorum 322.) ſæculo XII°. exaratus, ſitu ac mucore corruptus. Ibi continentur *Ariſtophanis* Comœdiæ, cum Scholiis inter lineas & ad marginem appoſitis.

CCCLXXIII.

Codex bombycinus in-8°. (foliorum 264.) ſæculo XIV°. exaratus, quo continentur,

1°. *Ariſtophanis* Comœdiæ duæ, Dives ſcilicet & Nubes.

2°. *Euripidis* Tragœdiæ duæ, nempe Hecuba & Electra, cum Scholiis inter lineas & ad marginem.

Digitized by Google

CCCLXXIV.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 195.) ſæculo XVI°. exaratus, complectens eadem quæ præcedens, cum Scholiis inter lineas & ad marginem.

CCCLXXV.

Codex chartaceus in-4°. minori, (foliorum 47.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Theocriti* Idyllia ſeu Paſtoralia.

CCCLXXVI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 141.), ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur *Lycophrontis* Alexandra (ſive Caſſandra) cum Expoſitione *Iſaaci* Tzetzæ.

CCCLXXVII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratu, quo continentur,

1°. *Lycophontis* Alexandra, cum Expoſitione *Iſaaci* Tzetzæ.

2°. *Callimachi* Cyrenæi Hymni, cum variantibus & notis ad marginem conjectis. (Conſtat is codex foliis 286.)

CCCLXXVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 81.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Theognidis* Sententiæ.

2°. *Eudoxiæ* Homero-centones.

Q ij

Digitized by Google

3°. *Dionyſii* (Periegetæ) Alexandrini Terrarum orbis deſcriptio.

CCCLXXIX.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 368.) ſæculo XVI°. deſcriptus, quo continentur,

1°. *Phocylidis* Carmina quædam.

2°. *Theodorus* Prodromus de Mure.

3°. *Beſſarionis* Cardinalis Epiſtola ad Andronicum Calliſtum.

4°. Anonymi (*Joannis* Pediaſimi) Labores XII. Herculis, cum Commentariis.

5°. Canones varii de Grammaticâ..

6°. Exercitationes grammaticæ in Heſiodi Aſpida.

7°. *Phalaridis* Epiſtola ad Athenienſes.

8°. *Demoſthenis* Olynthiaca Oratio prima.

9°. Anonymi Sententia Philoſophorum.

10°. Sententiæ Clementis Romani.

11°. *Phalaridis* Epiſtola ....

12°. *Beſſarionis* Cardinalis Epiſtola ad Apoſtolium.

13°. *Nicolai* ſecundi Epiſtola ad Andronicum Caliiſtum.

14°. *Syneſii* Epiſtola ad Joannem.

15°. *Theophraſti* Caracteres.

16°. *Ammonius* (cujus auditorem ſe fuiſſe teſ-

Digitized by Google

tatur Socrates Hiſtoricus) de Impropriâ dictione. Idem de ſimilibus & diſſimilibus verbis.

17° Anonymi Dubia & reſponſa de quibuſdam dictis Hippocratis.

18°. *Euripidis* Epiſtolæ.

19°. *Philoſtrati* Heroica.

20°. *Pythagoræ* Aurea carmina.

21°. *Theodori* Prodromi Explanatio in interrogationes Auguſtæ, & alia benè multa de diverſis Argumentis quorum deſcriptio prolixior tœdium pareret.

CCCLXXX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 162.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur *Raphaelis* Regii Excerpta è veteribus Poëtis Græcis.

CCCLXXXI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 398.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continentur,

1°. *Michaelis* Apoſtolii (Bizantini qui medio ſæculo XVI°. in Italiâ ſcripſit) Monodica epicedica.

2°. *Theodori* Prodromi Verſus iambici in feſta principalia.

3°. Anonymus de Verſu iambico.

4°. *Conſtantinus* Laſcaris de Grammaticâ.

5°. *Beſſarionis* Cardinalis Epiſtola ad Michaelem Apoſtolium.

Digitized by Google

6°. *Pſellus* de virtute Lapidum.

7°. (Gemiſti) *Plethonis* Monodia.

8°. Anonymi menſes Athenienſium, Aſcalonitarum, &c.

9°. *Tryphon* (Alexandrinus Ammonii filius, æqualis Ciceronis) de Paſſionibus nominum, de figuris & de verbis anomalibus.

10°. *Philoponus* de Nominibus diverſa ſignificantibus.

11°. *Georgii* Metropolitæ Corinthiorum de Dialectis.

12°. *Phurnutus* de Diis.

13°. *Muſæi* Carmina.

14°. *Theognidis* Sententiæ.

15°. *Pythagoræ* Aurea carmina.

16°. *Catonis* Sententiæ (Græcè).

17°. *Theocriti* Idyllia.

18°. *Pindari* Olympionica.

19°. *Magiſtri* (Thomæ qui ſæculo XIV°. ineunte floruit) Grammatica.

20°. Anonymus de diviſionibus.

21°. Lexicon vocum quæ ſunt in Synaxariis Georgii, Baſilii & Chryſoſtomi.

CCCLXXXII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans 118. foliis) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur

Digitized by Google

Michalis Apoſtolii Bizantini Proverbiorum collectio ad Laurum Cyrinum.

CCCLXXXIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Zenobii* (Sophiſtæ imperante Hadriano Romæ verſati) Epitome Proverbiorum .... & Didymi ordine alphabetico. (Folia 144. complectitur).

CCCLXXXIV.

Codex chartaceus in-12°. (foliorum 211.) ſæculo XVII°. eleganter deſcriptus, quo continentur *Heliodori* Æthiopica, & Diogenis Epiſtolæ.

CCCLXXXV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 100.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Euſtathii* de Amoribus Iſmenias & Iſmenes libri XI.

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 130.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur *Euſtathii* de Amoribus Iſmenias & Iſmenes libri XI.

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 67.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. *Beſſarionis* Cardinalis & aliorum Epiſtolæ mutuæ.

Digitized by Google

2°. Emendationes in Hermogenem, & alia diverſa.

CCCLXXXVIII.

Codex chartaceus in-12°. (foliorum 346.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Anonymi Apophtegmata.

2°. *Joannis* Damaſceni Dialectica.

3°. *Euclidis* de Geometria fragmentum.

4°. *Blemmides* de Tribus figuris.

5°. *Gregorii* Nazianzeni Syntagma philoſophicum.

6°. Synopſis Arithmeticæ & Muſicæ.

7°. Synopſis Geometriæ & Aſtronomiæ.

8°. *Nemeſii* Diviſiones.

9°. *Pſellus* de Virtute & Vitio.

10°. *Maximus* monachus de Animâ noſtrâ.

11°. S. *Pachomii* Sermones dogmatici. Ejuſdem Reſolutiones diverſæ.

12°. *Baſilii* Magni Epiſtola ad Maximum Philoſophum.

13°. *Pachomii* Epiſtola ad Paiſium Metropolitam Dramæ.

14°. Anonymus de libris Macchabæorum.

15°. Anonymus de Epiſtolis; & alia ad Rhetoricam pertinentia.

CCCLXXXIX.

Digitized by Google

CCCLXXXIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus, quo continentur,

1°. Dialogus Animæ & Corporis.

2°. Fidei Expoſitio.

2°. *Philoſtrati* Lemnii de vitâ Apollonii libri IV. priores.

4°. Dictiones & Tropi attici.

5°. *Philoſtrati* Heroica.

6°. *Plutarchus* de Mulieribus.

7°. *Damianus* Sophiſta de Generatione Hominis.

8°. *Æſopi* Fabulæ CXXXVIII.

9°. *Pauli* Silentiarii verſus de Pythiis Thermis.

10°. Michaelis *Pſelli* philoſophi, Quod rotunda ſit terra.

(Is Codex folia 147. complectitur.)

CCCXC.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 209.) ſæculo XII°. exaratus, quo continentur Sententiæ collectæ ex diverſis Authoribus, tùm Eccleſiaſticis tùm Prophanis.

CCCXCI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 153.)

Digitized by Google

ſæculo xvi°. exaratus, non compactus & initio mutilus, quo continentur Miſcellanea ex antiquis Scriptoribus excerpta.

Finis Codicum Græoorum.

Digitized by Google

MANUSCRIPTI CODICES LATINI.

SCRIPTURA SACRA.

CCCXCII.

CODEX membranaceus in-4°. (conſtans foliis 414.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Biblia ſacra Vulgatæ editionis.

Is codex ad Patres Dominicanos pertinuit, fortè ex dono Joannis Damecourt *canonici Turonenſis, qui hunc penes ſe habuit, ut legere eſt ad calcem codicis.*

CCCXCIII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 458.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Biblia ſacra Vulgatæ editionis.

Is codex fuit Monaſterii Beati Pauli (*forte Tullenſis.*)

CCCXCIV.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 493.) minutiſſimo charactere ſæculi XIV¹. exaratus. Ibi continentur Biblia ſacra Vulgatæ editionis.

Is codex fuit Guillelmi Clemenſon *preſbyteri*

Digitized by Google

Chorerii Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Montiſbriſſonis.

C C C X C V.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 468.) minutiſſimo charactere ſæculi XIV[i]. exaratus. Ibi continentur Biblia ſacra Vulgatæ editionis.

Is codex fuit Balthaſaris Tanelli *Senonenſis, an.* 1501.

C C C X C V I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 448.) minutiſſimo charactere ſæculi XIV[i]. exaratus. Ibi continentur Biblia ſacra Vulgatæ editionis.

Is codex fuit Dom. Deſportes (*abbatis Tironenſis.*)

C C C X C V I I.

Codex membranaceus in-12°. (foliorum 509.) charactere minutiſſimo ſæculi XIV[i]. exaratus. Ibi continentur Biblia ſacra Vulgatæ editionis.

Is codex fuit Bibliothecæ abbatis Fauvel.

C C C X C V I I I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 172.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continetur Pſalterium latinè & partim hebraïcè ſcriptum.

C C C X C I X.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 115.)

Digitized by Google

charactere minutiſſimo ſæculi XIV[i]. exaratus. Ibi continetur Novum Teſtamentum.

C D.

Codex membranaceus in-fol. min. eleganti charactere Carolovingico ſæculi IX[i]. exaratus & non compactus. Ibi continentur quatuor Evangelia cum Canone Euſebii à B. Hieronymo edito. Finis Evangelii ſecundùm Marcum, initia Evangelii ſecundùm Lucam & Evangelii ſecundùm Joannem deſiderantur. (Conſtat is codex foliis 143.)

C D I.

Codex membranaceus in-fol. min. ſæculo IX°. charactere Carolovingico, exaratus. Ibi continentur,

1°. Epiſtola (apocrypha) S. Pauli ad Laodicenſes.

2°. Hieronymi Prologus in Epiſtolas canonicas, quem ſubſequuntur Epiſtolæ canonicæ S. Jacobi, S. Petri, S. Joannis & S. Judæ.

3°. Canones Epiſtolarum S. Pauli, additis præfatione S. Hieronymi & nonnullis Patrum textibus ad eaſdem pertinentibus. Omnes verò ſacri textûs paginæ Scholiis ad marginem appoſitis refertæ ſunt.

(Is codex folia complectens 147. fuit olim Monaſterii S. Vincentii Metenſis.)

Digitized by Google

CDII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 174.) ſæculo XIII°. minuto charactere exaratus. Ibi continentur Petri de Rigâ Biblia ſacra Metro edita.

Is codex fuit Monaſterii Vallis-Caulium.

INTERPRETES SACRI.

CDIII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 213.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continetur Gloſſarium Hebraïcorum nominum veteris ac novi Teſtamenti.

CDIV.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 150.) ſæculo XII° exaratus. Ibi continentur,

1°. Allegoriæ Biblicæ utriuſque Teſtamenti.

2°. Interpretatio vocum Scripturæ.

(In fine quædam deficiunt.)

CDV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 92.) ſæculo XV°. exaratus & malè compactus. Ibi continetur Abbatis Joachim Concordia veteris & novi Teſtamenti.

CDVI.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XII°. exa-

Digitized by Google

ratus. Ibi continentur Gloſſæ in Pſalmos. (Conſ. tat is codex foliis 214.)

C D V I I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 57.) ſub finem ſæculi XIII^i. exaratus. Ibi continetur Anonymi Commentarius in Pſalmos. (Is codex in fine mutilus eſt ac malè compactus.)

C D V I I I.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 333.) anno 1698. exaratus. Ibi continetur incerti authoris Commentarius in Pſalmos.

C D I X.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, (conſtans foliis 195.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continetur *Hervæi* monachi Dolenſis ad Joannem Dolenſium abbatem Expoſitio in Iſaïam (edita).

C D X.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 89.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Concordia quatuor Evangeliorum.

2°. Anonymi Sermones, quorum finis deſideratur.

C D X I.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 184.) exeunte ſæculo XIII°. exaratus, & in fine imperfectus. Ibi continetur *Hugonis* à

Digitized by Google

Sancto Charo (S. Cher) cardinalis (Ordinis S. Dominici, ſæculo XIII°. doctoris Pariſienſis) Catena in Epiſtolas Pauli.

In primâ columnâ folii ſecundi recti inſerta eſt Ivonis Carnotenſis ad Guillelmum abbatem Fiſcanenſem Epiſtola.

LIBRI LITURGICI.

CDXII.

Codex chartaceus in-fol. parvo (complectens folia 226.) ineunte ſæculo XI°. exaratus. Ibi continetur Liber Sacramentorum, ſive Sacramentarium Eccleſiæ Romanæ, cum Martyrologio in fine, ac nonnullis Canonibus ad pœnitentiam pertinentibus.

Differt in multis hoc Sacramentarium à Gregoriano, videturque Menardum, Mabillonium, Marteniumque latuiſſe.

CDXIII.

Codex membranaceus in-fol. parvo, ſæculo XIV°. exaratus, integumento ſpoliatus, ac malè compactus. Ibi continetur Sacramentarium cujuſdam Eccleſiæ Gallicanæ. (Conſtat foliis 1223.)

CDXIV.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 154.)

Digitized by Google

154.) ſæculo XIII°. exaratus, ac malè compactus. Ibi continetur Miſſale ad uſum Eccleſiæ Remenſis.

CDXV.

Codex membranaceus in-fol. majori, (complectens folia 233.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur Pontificale Mimatenſe ad uſum Guillelmi epiſcopi.

Is codex Vineolis & litteris capitalibus auro & coloribus depictis ornatur.

CDXVI.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 288.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur Miſſale ad uſum Sodalitatis, ſeu Confraternitatis SS. Petri & Pauli in Eccleſiâ Pariſienſi S. Sepulchri conſtitutæ.

Is codex aureis initialibus litteris ac nonnullis picturis decoratus eſt.

CDXVII.

Codex chartaceus in-4°. (complectens folia 74.) ſæculo XVI°. exaratus, quo continetur Miſſa latina quæ olim ante Romanam circà annum Domini 700. in uſu fuit. Adjuncta eſt Beati Rhenani præfatio in Miſſam Chryſoſtomi à Leone Thuſco, anno 1070. verſam.

Pars prior hujus codicis Miſſam continet ean-

S

Digitized by Google

dem, quam Flaccius Illyricus typis vulgavit Argentinæ an. 1557. in-8°. Cujus quidem editionis exemplaria tanti veneunt ob raritatem.

CDXVIII.

Codex membranaceus in-fol. majori, ſæculo xv°. exaratus, ac integumento ſpoliatus. Ibi continetur Lectionarium cujus initium & finis deſiderantur.

(Folia 242. complectitur.)

CDXIX.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 480.) ſæculo xiv°. exaratus. Ibi continetur Breviarium Pariſienſe.

In eo codice Reſponſoria & Hymni cum notis muſicis occurrunt.

CDXX.

Codex membranaceus in-8°. majori, (foliorum 497.) ſæculo xv°. exaratus, & à blattis in prioribus foliis crebrius interpunctus. Ibi continetur Breviarium Sanctæ Capellæ Bituricenſis.

CDXXI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 297.) ſæculo xiv°. exaratus. Ibi continetur Breviarium Romanum ad uſum Fratrum Minorum.

Is codex fuit olim Philippi Deſportes *abbatis Tironenſis.*

Digitized by Google

CDXXII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 71.) Ibi continetur Diurnale ſcriptum elegantiſſime Leodii, ut ad calcem habetur, à Roberto Quercentio Cameraceno, VII. Kal. Auguſti, an. M. D. LVII.

CDXXIII.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 196.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continetur Liber precum vineolis ac nonnullis picturis ornatus.

CDXXIV.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 158.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continetur Liber precum vineolis ac picturis ornatus.

CDXXV.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 151.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continetur Liber precum.

CDXXVI.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 297.) ſæculo XV°. exaratus, ac benè compactus. Ibi continetur Liber precum in honorem Beatæ Mariæ Virginis elegantibus figuris ornatus.

CDXXVII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 147.)

Digitized by Google

ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur Officium Beatæ Mariæ Virginis cum vineolis & picturis.

CDXXVIII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 171.) ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur Officium Beatæ Mariæ Virginis cum vineolis & picturis.

CDXXIX.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 115.) ſæculo xv°. exaratus, picturiſque ac vineolis ornatus. Ibi continetur Officium Beatæ Mariæ Virginis.

CDXXX.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 195.) ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur Liber precum vineolis ac picturis ornatus.

CDXXXI.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 126.) ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur Liber precum variis ornamentis inſignitus.

CDXXXII.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 153.) ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur Liber precum vineolis ac picturis ornatus.

CDXXXIII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 245.)

Digitized by Google

ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur Liber precum vineolis ac picturis decoratus.

CDXXXIV.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 159.), ſæculo xv°. exaratus, ac eleganter compactus. Ibi continetur Liber precum vineolis ac picturis ornatus.

PATRES LATINI

NECNON GRÆCI LATINE TRANSLATI.

CDXXXV.

Codex membranaceus in-fol. majori, partim ſæculo xi°. partim xii°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Dionyſii* Areopagitæ libri iv. de Cæleſti hierarchiâ à *Joanne* Scoto Erigenâ latinè tranſlati.

2°. *Hugonis* à S. Victore Tractatus de Sacramentis, cujus finis deſideratur.

(Conſtat is codex foliis 242.)

CDXXXVI.

Codex membranaceus in-fol. parvo, ſæculo xi°. exaratus. Ibi continetur Opus S. *Irenæi* Lugdunenſis epiſcopi contra omnes hæreſes. Rarum exemplar. (Folia 232. complectitur.)

Digitized by Google

CDXXXVII.

Codex membranaceus in-fol. minori, olim Cartuſiæ Montis Dei, ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Clementis* Alexandrini Adumbrationes in Epiſtolas Canonicas.

2°. Expoſitio *Didymi* in eaſdem Epiſtolas.

3°. Expoſitio *Bedæ* Preſbyteri in Acta Apoſtolorum, cum ipſius Retractatione in eadem Acta; ejuſdem Tractatus ſuper Epiſtolas Canonicas; ejuſdem Epiſtola ad Accam.

(Conſtat is Codex foliis 183.)

CDXXXVIII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur *Origenis* Homiliæ in Heptateuchum, interprete S. Hieronymo. (Folia 254. complectitur.)

CDXXXIX.

Codex membranaceus in-fol. eleganti charactere ſæculi XIII°. exaratus, ac in fine mutilus. Ibi continentur S. *Cypriani* Opera, intermixtis ſpuriis nonnullis. (Conſtat foliis 152.)

Initio legitur hunc Codicem dono datum fuiſſe à Rege Franciæ Conventui Trecenſi Fratrum Prædicatorum.

Digitized by Google

CDXXL.

Codex membranaceus in-fol. ineunte ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Gregorii* Neocæſarienſis epiſcopi Expoſitio Fidei.

2°. S. *Athanaſii* epiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Epictetum Corinthiorum epiſcopum. Ejuſdem Epiſtola ad epiſcopos per Africam conſtitutos. Ejuſdem Confeſſio Ariana & Confeſſio catholica. (Spurium opus). Ejuſdem de Unitate & Trinitate liber I^us^. Ejuſdem de propriis Perſonis & unito Deitatis nomine liber II^us^. Ejuſdem de Aſſumptione Hominis contrà Marcellionem liber III^us^. Ejuſdem liber IV^us^. de ſingulis Nominibus contra novellas Hæreſes cujuſdam Potentiani Urbici. Ejuſdem liber V^us^. de Unâ ac ſempiternâ ſubſtantiâ Trinitatis. Ejuſdem liber VI^us^. de Beatitudine Fidei & de proſcriptione Sectæ peſſimæ. Ejuſdem liber VII^us^. de Profeſſione Regulæ catholicæ, cum increpatione hæreticæ. (Septem hæc Opera ſuppoſititia ſunt.) Ejuſdem de Trinitate. (Spurium itidem opus).

3°. Regulæ definitionum prolatæ à S. Hieronymo contra Hæreticos. (Liber ſubdititius).

4°. S. *Auguſtini* de Incarnatione Domini. Ejuſdem Expoſitio Fidei catholicæ. Ejuſdem

Digitized by Google

liber ex diſputatione habitâ cum Feliciano. Ejuſdem liber Diſceptationum adverſus Comitem Paſcentium arianum, præſente Laurentio viro clariſſimo judice. Ejuſdem Commonitorium ad univerſam Eccleſiam deſtinatum ſub quâ cautelâ Manichæi, ſi converſi fuerint, ſuſcipi debeant. Ejuſdem forma Epiſtolæ de quodam epiſcopo ipſius Sectæ. Ejuſdem Homilia de Symbolo & omnipotentiâ Patris. Ejuſdem de Domino noſtro Jeſu Chriſto, quod ſit idem cum Patre, &c. Ejuſdem Homiliæ VII. de Symbolo & de Spiritu Sancto, &c. Ejuſdem de eo quod Neophytis ex Oleo ſancto aures & nares à Sacerdotibus iniliniantur. Ejuſdem de Myſterio Baptiſmatis. Ejuſdem de Unctione capitis & de pedibus lavandis. Excerpta ex variis libris ejuſdem. Ejuſdem liber contrà quinque Hæreſes. Ejuſdem de Fide catholicâ. (Omnia hæc Opera Auguſtino ſuppoſita ſunt).

5°. B. *Cyrilli* Alexandrini Epiſtola ad Neſtorium.

6°. Capitula *Neſtorii* hæretici blaſphemiarum. (Conſtat is Codex foliis 120.)

CDXLI.

Codex membranaceus in-fol. quatuor quaternionibus

nionibus conſtans, ac ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Methodii* epiſcopi, (Paterenſis) de Conſummatione ſæculi liber. (In editis, dictus *Revelationes.*) Primi duo articuli deſiderantur.

2°. Opuſculum S. *Bonaventuræ* cui titulus, *Parvum Bonum.* (In editis, *Incendium amoris.*)

3°. S. *Methodii* fragmentum ad cujus calcem legitur: *Explicit de Conſummatione ſæculi tractum & abbreviatum compendioſè ex originali quod fuit originaliter compoſitum à Methodio epiſcopo qui pro Chriſto in Græcia martyriſatus eſt.*

4°. Summa Magiſtri *Archimatei* de Secretis Medicinæ.

5°. Opera quædam fratris *Nicolai* Ordinis Prædicatorum. Initio legitur: *Incipiunt Experimenta de Animalibus fratris* Nicolai *Medici de Poloniâ qui fuit in monte Pe.... Zoannis, qui tantæ fuerat experientiæ quod antè ipſum non creditur ſimilis ei fuiſſe, nec ſperatur de futuro; ut patet ex miris operibus ſuis in diverſis Provinciis &* Regionibus *cauſas* (ſ. curas) *magnas & ſubitas faciendo.* (Hujus Nicolai nec Author Bibliothecæ Dominicanæ, nec alii Bibliographi meminêre, videnturque Opera ejus hactenus inedita).

T

6°. Ejuſdem *Antypocras* ſeu liber Emperico-rum, Opus metricum.

7°. Incerti Authoris liber Medicaminum. (Conſtat is codex foliis 120.)

CDXLII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 145.) exeunte ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Ambroſii* Expoſitio in Cantica Canticorum.

2°. Lanfranci ad Berengarium Epiſtola.

3°. *Anaſtaſii* monachi Epiſtola de Corpore & Sanguine Chriſti.

4°. S. *Auguſtini* liber de Curâ pro mortuis gerendâ.

5°. Epiſtola *Euſebii* epiſcopi ad Berengarium Magiſtrum.

CDXLIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 71.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Ambroſii* Commentarius ſuper Lucam.

2°. *Ivonis* Carnotenſis Sermones, ſeu Tractatus de Sacramentis Dedicationis. Ejuſdem de Sacramentis Neophytorum. Ejuſdem de Excellentiâ ſacrorum Ordinum. Ejuſdem de Significationibus indumentorum ſacerdotalium. Ejuſdem

Digitized by Google

de Convenientia veteris & novi Sacerdotii.

3°. Homilia de Patre-familias qui fecit nuptias filio ſuo.

4°. Excerpta varia ex diverſis.

CDXLIV.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 192.) ſæculo x°. exaratus. Ibi continentur Homiliæ 38. S. *Joannis* Chryſoſtomi.

Ejuſdem Opuſculum, *Neminem poſſe lædi niſi á ſeipſo.*

Ejuſdem de Compunctione Cordis libri duo.

Ejuſdem de Reparatione lapſi.

Initio legitur hunc Codicem dono datum fuiſſe Monaſterio S. Vincentii *Metenſis à Guadulfo abbate.*

CDXLV.

Quaterniones membranacei quatuor, in-fol. ſæculo x°. exarati. Ibi continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi de laudibus Pauli VII. Homiliæ, quas vertit Anianus (Celenenſis in Campaniâ Diaconus) præmiſsâ ad Evangelum Preſbyterum Epiſtola. (Conſtant foliis 30.)

CDXLVI.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 284.) ineunte ſæculo XVI°. pereleganter exaratus. Ibi continentur S. *Joannis* Chryſoſtomi

Digitized by Google

Homiliæ in Matthæum è Græco in Latinum converſæ per Georgium Trapezuntium, cum Præfatione Aniani ad Orontium.

Is Codex fuit olim Philippi Deſportes *abbatis Tironenſis.*

CDXLVII.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo IX°. eleganti charactere carolovingico exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Hieronymi* Epiſtolæ numero LXVI.

2°. S. *Ambroſii* Epiſtolæ ad Flaccillam Virginem fragmentum.

3°. *Hieronymi* Præfatio apologetica ad Pammachium.

(Conſtat is codex foliis 321.)

CDXLVIII.

Codex membranaceus in-fol. majori, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur Epiſtolæ S. *Hieronymi* numero LIII.

Ejuſdem Dialogus contra Luciferianos.

Ejuſdem contra Novatianos.

Ejuſdem contra Jovinianum.

(Folia 193. complectitur is codex.)

CDXLIX.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 304.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur

Digitized by Google

Epiſtolæ S. *Hieronymi* numero CXLV. inter quas extat apocrypha ad Tiraſium. Præmittitur Epiſtola *Guigonis* (primi), Carthuſiæ prioris ad fratres Durbonenſes de Epiſtolis Hieronymi quas ipſe correxerat.

Is Codex vel autographum eſt Guigonis, vel illius apographum. Utcumque eſt, melioris notæ cenſendus eſt, quippe qui à viro æque docto ac pio ad optima exemplaria caſtigatus fuit.

CDL.

Codex membranaceus in-fol. minori, charactere carolovingico ſæculi IX[i]. exaratus. Ibi continetur *Hieronymi* Commentarius in libros Paralipomenon, cum notis ad marginem recentiori manu appoſitis. In fronte leguntur verſiculi de Hiſtoriâ tripartitâ.

(Conſtat is codex foliis 117.)

CDLI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 115.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur *Hieronymi* Commentarius in Danielem.

Ejuſdem Liber adverſus Pelagium ad Cteſiphontem.

Ejuſdem Dialogorum adverſus Pelagianos liber primus & pars ſecundi. In primâ paginâ leguntur proverbia Regis Henrici I[i].

Notatur is codex S. Vincentii *Metenſis.*

Digitized by Google

CDLII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, (complectens folia 128.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Hieronymi* Commentarii in Ezechielem, in Danielem, in Oſee, in Joel, in Amos, in Jonam, in Michæam, in Habacuc, in Sophoniam, in Aggæum, in Zachariam, in Malachiam, in Iſaiam, in Epiſtolas Pauli.

2°. Gloſſæ ſuper Prophetas, Evangeliſtas & Epiſtolas Pauli, conjectis quibuſdam ad marginem ſcholiis.

3°. Excerptum ex vitâ S. Martini epiſcopi Turonenſis paulo recentiori manu ſcriptum.

Notatur is codex S. Vincentii *Metenſis.*

CDLIII.

Codex membranaceus in-fol. exeunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur S. *Hieronymi* Commentarii in Oſee, in Amos, in Abdiam, in Joel & in Jonam. (Conſtat foliis 114.)

CDLIV.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Hieronymi* Commentarius in Matthæum.

2°. S. *Auguſtini* retractatio quæſtionum Evangelicarum. Ejuſdem Quæſtiones Evangelicæ.

Digitized by Google

Ejuſdem de Sermone Chriſti in monte libri duo.

Is Codex foliis 101. *conſtans fuit olim Fratrum Prædicatorum Virdunenſium.*

CDLV.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 104.) charactere carolovingico minuſculo ſæculi IX[i]. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Hieronymi* ad Fabiolam Epiſtola de Veſtibus ſacerdotum.

2°. *Iſidori* Hiſpalenſis de Inſtrumentis veſtium. Ejuſdem de Diverſitate annulorum, &c.

3°. *Ercamberti* Annotationes in Evangelium Joannis.

CDLVI.

Codex membranaceus in-fol. majori, quadratæ formæ, (complectens folia 288.) ſæculo VIII°. exaratus, initio & in fine mutilus, malè compactus, & picturis quatuor notatu dignis optimeque ſervatis ornatus. Ibi continentur Sermones & Homiliæ SS. *Auguſtini*, *Leonis*, *Gregorii* Papæ, *Hieronymi*, & aliorum Patrum, *quos Eginus præſul tranſcribi juſſit*, quorumque index folio 21°. versò & ſequenti exhibetur ſecundùm ordinem ſolemnitatum quibus in Eccleſiâ legebantur.

Digitized by Google

CDLVII.

Codex membranaceus in-4°. (ſex quaternionibus, ſeu 43. foliis conſtans) ſæculo x°. exaratus, non compactus, ac initio & in fine mutilus. Ibi continentur Sermones varii de laudibus Beatæ Mariæ Virginis, inter quos occurrunt Sermo Auguſtini de Aſſumptione Sanctæ Mariæ, & Sermo *Hieronymi* ad Paulam & Euſtochium de eâdem Aſſumptione. (Uterque ſubdititius).

CDLVIII.

Codex membranaceus in-4°. (ſex quaternionibus ſeu foliis 42. conſtans), x°. ſæculo exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* Epiſtola ad Armentarium & Paulinam.

Ejuſdem Sermones quinque, quorum ultimi finis deſideratur.

CDLIX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ; ſæculo xii°. exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* de Geneſi ad litteram libri xii.

Is Codex folia 209. *complectens fuit olim S.* Vincentii *Metenſis*.

CDLX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ; ſæculo xi°. exaratus. Ibi continentur Sermones

S. *Auguſtini*

Digitized by Google

S. *Auguſtini* in Pſalmos à CI°. ad CLum. (Conſtat is codex foliis 186.)

CDLXI.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ; exeunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Tractatus S. *Auguſtini* in Pſalmos à LI°. ad LXXIIum. Ejuſdem Soliloquia. Ejuſdem Tractatus de Vitâ beatâ.

2°. Anonymi Ratiocinatio (inedita) *Utrùm omnes velint eſſe beati.*

3°. Diſputatio, (edita) Chriſtiani & Judæi. (Conſtat is codex foliis 151.)

CDLXII.

Codex membranaceus in-fol. maximo, (conſtans foliis 367.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Auguſtini* Tractatus in Pſalmos à I°. ad Lum.

2°. Magiſtri *Petri* (Lombardi) ſuper Pſalterium, Cantica, Symbolum, Orationem Dominicam & Symbolum Athanaſii.

Hunc Codicem Domina Sophia *dono dederat olim Monaſterio S.* Vincentii *Metenſis.*

CDLXIII.

Quatuor Codices membranacei in-fol. majori;

Digitized by Google

(quorum primus 235. ſecundus 293. tertius 303. & quartus 278. foliis conſtat), elegantibus characteribus anno 1480. exarati, Ferdinandi Caſtellæ Regis gratiâ, ac litteris initialibus aureis, nec non variis picturis decorati per Rodulphum *Brancalypum.* Ibi continentur S. *Auguſtini* Tractatus in Pſalmos.

CDLXIV.

Codex membranaceus in-fol. minori, charactere ſaxonico ſæculi x^i^. exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* Tractatus in Joannis Evangelium. (Conſtat foliis 240.)

In fine legitur: *Adalhartus ſcripſit iſtum Librum.* Ac deinde charactere majuſculo: *Deodericus humilis* SC̃E (*Sanctæ*) *Mettis Eccleſiæ miniſter hunc codicem* SC̃O (*Sancto*) Vincentio *contulit ſub jugulo anathematis.*

CDLXV.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* Tractatus in Joannis Evangelium. (Conſtat is codex folis 206.)

CDLXVI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 285.) ſæculo x°. exaratus. Ibi continentur,

Digitized by Google

S. *Auguſtini* Liber de Conſenſu Evangeliſtarum.

Ejuſdem Retractatio Librorum de Sermone Domini in monte.

(*Notatur is codex* S. Vincentii *Metenſis.*)

CDLXVII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 228.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* Tractatus decem in Joannis Epiſtolam (ad Parthos).

Notatur is Codex S. Vincentii *Metenſis.*

CDLXVIII.

Codex membranaceus in-fol. minori, quadratæ formæ, XI°. ſæculo exaratus, malè compactus, integumento ſpoliatus, ac mutilus in fine. Ibi continentur S. *Auguſtini* varii Sermones, quorum index initio præfigitur. (Folia 90. complectitur.)

CDLXIX.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Auguſtini* Confeſſionum libri XIII.

2°. S. *Ambroſii* de Officiis libri III. Liber ejuſdem de Paradiſo. Invectiva ejuſdem in corruptores Virginis Deo ſacræ. Luctus ejuſdem de Virgine ſtuprata.

Is Codex folia 136. *complectens fuit olim* S. Vincentii *Metenſis.* V ij

Digitized by Google

CDLXX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ineunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur Epiſtolæ S. *Auguſtini* numero 98. Præmittuntur,

1°. Liber ejuſdem cui titulus, Sex quæſtiones contra Paganos.

2°. Liber ejuſdem de Patientiâ, necnon Sermo (ſuppoſititius) de Igne Purgatorio.

Is codex folia 148. *complectens notatur* S. Vincentii *Metenſis.*

CDLXXI.

Codex membranaceus in-fol. parvo, quadratæ formæ, ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* Liber de Doctrinâ chriſtianâ, & Liber ejuſdem adverſus Fauſtum.

Is Codex foliis conſtans 66. fuit olim S. Vincentii *Metenſis.*

CDLXXII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 160.) exeunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur Liber S. *Auguſtini* de verâ Religione.

Ejuſdem (rectius Fulgentii) Liber de veræ Fidei regulâ ad Petrum Diaconum.

Ejuſdem de Sanctâ Virginitate.

Ejuſdem de Profeſſione debitorum Sanctæ Viduitatis.

Digitized by Google

Notatur is Codex Monaſterii Sanctæ Mariæ de Fonte Danielis, *Ordinis Ciſtercienſis.*

CDLXXIII.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 284.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur S. *Auguſtini* libri XXII. de Civitate Dei.

Is codex notatur Philippi Portæi (Deſportes).

CDLXXIV.

Codex membranaceus in-fol. parvo, quadratæ formæ, charactere carolovingico ſæculi IX^i. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Auguſtini* de Trinitate libri XV.

2°. Anicii Severini *Boetii* Liber ad Aurelium Symmachum, *Quomodo Trinitas unus Deus eſt & non tres Dii.* Ejuſdem ad Joannem diaconum Aquileienſem, *Utrum Pater & Filius & Spiritus ſanctus de Divinitate ſubſtantialiter prædicentur.* Ejuſdem adverſus Neſtorium pro Perſonâ & Naturâ. (Finis hujus Tractatus deſideratur.)

Conſtat is codex foliis 274.

CDLXXV.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XII°. exaratus, integumento ſpoliatus, ac malè compactus. Ibi continentur,

1°. S. *Auguſtini* Libri VII. de unico Baptiſmo;

Digitized by Google

Liber ejuſdem contra Petilianum de unico Baptiſmo.

2°. *Marbodi* Redonenſis epiſcopi Verſus de Sanctâ Thaïde.

(Is codex folia 82. complectitur.)

CDLXXVI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 67.) ſæculo XII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur,

1°. S. *Auguſtini* (rectiùs incerti authoris) Tractatus de diligendo Deo.

2°. Excerpta de Sermonibus & Epiſtolis S. *Leonis*. (Multa deſiderantur in fine.)

3°. Liber & Sermo S. *Auguſtini* de Pœnitentiâ.

4°. Quædam Epiſtolæ *Alexandri* II. & *Gregorii* VII. ad Radulphum Turonenſem archiepiſcopum, in quibus variantes lectiones occurrunt.

5°. *Fulberti* Carnotenſis Epiſtolæ XVI.

6°. Decreta *Gregorii* VII.

CDLXXVII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 120.) ineunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Auguſtini* (rectiùs incerti authoris) Liber de Quatuor virtutibus charitatis. Ejuſdem de Cataclyſmo. Ejuſdem de Tempore barbarico.

Digitized by Google

2°. Brevis confeſſio fidei. Incipit : *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem.*

3°. *Alcuini* Epiſtola tranſmiſſa Oniæ & Candido ſacerdotibus & Nathanaeli diacono.

4°. Anonymi Expoſitio ſuper Eccleſiaſten. Incipit : *Tribus nominibus vocatum fuiſſe Salomonem*, &c.

5°. Anonymi vita S. Urſini epiſcopi Bituricenſis (edita apud Bollandum).

6°. Revelatio corporis S. Urſini (ex octavo capite Gregorii Turonenſis excerpta).

7°. Vita S. Boniti Arvernorum epiſcopi, & tranſitus ejuſdem.

8°. Vitæ S. Sulpitii Bituricenſis epiſcopi libri duo.

9°. Paſſio S. Lauriani martyris.

10°. Vita S. Genulfi epiſcopi & S. Geniti, quorum feſtum celebratur XVI. Kal. Februarii.

In hujus codicis fronte legitur : *Pro abbatiâ S.* Joannis *ex villâ S. Joannis de Nuktion.*

CDLXXVIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 45.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur *Eucherii* (Lugdunenſis) epiſcopi Quæſtiones ducentæ tres in vetus & novum Teſtamentum.

Digitized by Google

CDLXXIX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, exeunte ſæculo IX°. exaratus & operimento ſpoliatus, ac initio & in fine mutilus. Ibi continentur Fragmenta librorum IV. V. VI. & VII. Explanationum allegoricarum *Iſychii*, ſeu Heſychii preſbyteri Jeroſolymitani in Leviticum. (Conſtat is codex foliis 88.)

CDLXXX.

Codex membranaceus in-fol. minori, formæ quadratæ, ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur *Marii* Victorini de Trinitate libri quatuor ad Candidum. (Folia 100. complectitur.)

CDLXXXI.

Codex membranaceus in-fol. minori, (conſtans foliis 189.) quadratæ formæ, exeunte ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur *Sedulii* Collectanea (inedita) in Matthæum ex diverſis Patribus excerpta.

Hunc codicem citat Labbeus *in Diſſertationibus de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

CDLXXXII.

Codex membranaceus in-8°. majori, (conſtans foliis 107.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Sedulii*

1°. *Sedulii* Collectanea in Evangelium Matthæi, quorum initium deſideratur. Ad calcem legitur: *Hoc opus Sedulius inter chartulas diſperſum reliquit, quod recollectum, adunatum atque ad omnem elegantiam divulgatum eſt à Turtio Rufo Aſterio ex Conſulum ordine atque Patricio* (*a*).

2°. *Commodiani* Inſtructiones *per litteras verſuum primas*, ſeu verſibus qui dicuntur Acroſtichides. Deeſt finis. (Opus editum.)

CDLXXXIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 47.) ineunte XIII°. ſæculo exaratus. Ibi continentur,

1°. Sententia *Gennadii* de Claudiano excerpta ex libro ejus de Viris illuſtribus.

2°. Epiſtola *Claudiani* (Mamerti) ad Sidonium epiſcopum quâ ei contrâ Fauſtum libros dedicavit.

3°. Epiſtola *Sidonii* de morte Claudiani & Epitaphium ejuſdem.

(*a*) *Nota.* Falſa videtur hæc nota. Nam Turtius Refus Aſterius qui Conſul fuit an. 494. non hæc Collectanea in quibus Iſidorus, Bedaque allegantur; ſed Carmen paſchale Sedulii alterius, qui ſub utroque Theodoſio floruit, diſperſum ac diſſipatum in quinque libros redegit.

Digitized by Google

4°. Incerti, ut fert titulus, authoris (eſt autem Fauſti Reienſis) Libellus adverſus Arianos & Macedonianos.

5°. *Claudiani* libri tres de Statu animæ adverſus præcedentem libellum.

6°. *Marii* Victorini Oratoris ad Candidum arianum de Generatione divinâ.

CDLXXXIV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 90.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur Magni *Felicis* Ennodii Ticinenſis epiſcopi Opera, haud eodem quo in excuſis ordine diſtributa.

(Initium hujus codicis deſideratur, & in medio nonnulli quaterniones abſciſſi ſunt.)

Ad calcem antiquâ manu ſcriptum legitur: *Liber S.* Mariæ de Fontanis *quèm dedit ei pro redemptione animæ ſuæ Magiſter Arnulfus medicus.*

CDLXXXV.

Codex chartaceus in-4°. minori, (foliorum 77.) ſæculo XVI°. ſcriptus. Ibi continentur,

1°. *Aviti* epiſcopi Viennenſis Epiſtolæ.

2°. *Salviani* Epiſtola ad Salonium epiſcopum; ejuſdem *Salviani* Libri quatuor ad Eccleſiam Catholicam.

3°. *Peregrini* Tractatus pro fidei catholicæ antiquitate.

Digitized by Google

4°. *Fulgentii* epiſcopi Libri duo de Remiſſione peccatorum.

5°. *Philaſtrii* epiſcopi Liber de Hæreſibus.

CDLXXXVI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 80.) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Fulgentii* epiſcopi de Abſtruſis Sermonibus ad Calcidium.

2°. *Dionis* Pruſæi de Bello Trojano ex latinâ franciſci Philelphi verſione in gallicam converſâ per Joannem *de Beauvau* epiſcopum Andegavenſem.

CDLXXXVII.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Aurelii Caſſiodori* Senatoris Variarium formularum libri quinque.

2°. *Gaii Sollii* (Sidonii) Apollinaris Epiſtolarum libri novem, ac ejus Panegyricus metricus.

3°. *Hildeberti* epiſcopi Cenomanenſis Verſus de Expoſitione Miſſæ & alia ejus Carmina.

(Conſtat is codex foliis 175.)

CDLXXXVIII.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur *Aurelii Caſſiodori*

X ij

Digitized by Google

Senatoris Variarum formularum libri I. II. III. IV. V. IX. X. X. XI. & XII.

Item Liber ejuſdem de Animâ.

(Folia 180. complectitur is codex.)

CDLXXXIX.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 153.) partim ſæculo XI°. partim XII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Caſſiodori* Liber de Animâ.

2°. *Auguſtini* Liber de quantitate animæ; ejuſdem Sermo de Adventu Domini.

3°. Dicta Sybillinæ Magæ.

4°. Ordo Officii de Vitâ Chriſti.

5°. *Ambroſius* de Nabuthe Jezraëlita.

6°. Phyſiologium de Naturâ animalium.

7°. Collectæ pro Rotlinde tribulatâ.

CDXC.

Codex membranaceus in-4°. non compactus, ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur Libri tres de Spiritu ſancto, quorum initium deſideratur.

Accedit *Boëtii* Liber de Trinitate, cujus finis deeſt.

(Is codex 40. foliis conſtat.)

CDXCI.

Codex membranaceus in-8°. majori, (foliorum 166.) ſæculo X°. exaratus. Ibi continentur

Digitized by Google

Venantii Fortunati Opera proſâ & verſu, præmiſſo Carmine *Damaſi* Papæ ſuper Pſalterium.

CDXCII.

Quaternio membranaceus in-fol. ſæculo XII°. exaratus. Ibi continetur Breviarium (*Liberati*) adversùs hæreticos, cujus finis deeſt. (Folia 7. complectitur.)

CDXCIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 73.) ſæculo IX°. exaratus, ac initio mutilus. Ibi continentur Pia monita ex S. *Ephrem* & aliis Patribus excerpta, brevioreſque Sermones. Sequitur Gloſſarium latinum à littera A ad litteram V.

CDXCIV.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur *Iſidori* Hiſpalenſis epiſcopi Sententiarum libri tres.

Ejuſdem Differentiarum liber.

Ejuſdem Chronicorum liber.

Ejuſdem Soliloquiorum liber.

Ejuſdem de ortu & obitu Prophetarum liber, cujus finis deeſt.

(Conſtat is codex foliis 173.)

CDXCV.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis

Digitized by Google

261.) formæ quadratæ, ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur *Iſidori* Hiſpalenſis Etymologiarum libri XVII.

Ad calcem legitur: *Liber qui vocatur* Yſidorus *Etymologiarum, ſtudio fratris Arnulfi.*

CDXCVI.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Gregorii* Papæ Reſcripta quædam cum Epiſtolis ad ipſum directis.

2°. Excerpta ex capite 8°. libri Novellarum D. *Valentiniani* (Imperatoris).

3°. Caput XII^um earumdem ex interpretatione Sententiæ de epiſcopali Judicio.

4°. Capitula ex Romanis Synodis Apoſtolicorum Eugenii atque Leonis.

5°. Canones Apoſtolorum, quibus præponuntur Gloſſæ.

(Hic ad marginem legitur recentiori manu ſcriptum: *Hinc incipit Collectio canonum antiqua quæ vulgò Corpus canonum dicitur, & edita habetur Moguntiæ an. Chriſti* 1525. *ſub titulo:* Canones Apoſtolorum, &c.)

Is codex folia 205. complectens fuit olim S. *Remigii* Remenſis.

Digitized by Google

CDXCVII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ineunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur *S. Gregorii* Papæ Homiliæ Secundino epiſcopo inſcriptæ. Initio præfigitur Charta Herimanni epiſcopi Metenſis data an. 1084. de Lite inter abbates S. *Vincentii* & S. *Arnulfi* Metenſium.

(Is codex folia 148. complectitur.)

CDXCVIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 133.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur *S. Gregorii* Papæ Homiliæ XL. in Evangelia.

CDXCIX.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XII°. charactere Capetiano exaratus. Ibi continentur,

1°. Paſtorale *S. Gregorii* Papæ.

2°. Proverbia Philoſophorum ad Joannem epiſcopum Ravennatum.

3°. *S. Gregorii* Papæ Explanationes in Cantica Canticorum.

4°. Vita ejuſdem Pontificis per *Joannem* eccleſiæ Romanæ diaconum libri IV.

(Conſtat is codex foliis 227.)

D.

Codex membranaceus in-fol. majori, (conſ-

Digitized by Google

tans foliis 307.) ineunte ſæculo XVI°. pereleganter exaratus. Ibi continentur *Bedæ* preſbyteri Expoſitiones in Evangelium Lucæ & in Acta Apoſtolorum, cum interpretatione Provinciarum & Urbium.

D I.

Codex membranaceus in-fol. minori, XI°. ſæculo exaratus. Ibi continetur *Bedæ* preſbyteri Commentarius in Evangelium ſecundum Marcum. (Conſtat foliis 162.)

D I I.

Codex membranaceus in-fol. minori, (conſtans foliis 176.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Bedæ* preſbyteri Commentarius in Acta Apoſtolorum; ejuſdem Expoſitio Apocalypſeos.

2°. Anonymi Sermo de authoritate domus Dei & ſancti Altaris ex *Iſidori* dictis.

3°. Commentarius B. *Hieronymi* in Librum Danielis.

4°. Liber Synodalis *Theodulfi* epiſcopi Aurelianenſis, & ejuſdem Tractatus de Baptiſmo, de Chriſmate ſacro & de Euchariſtiâ; ejuſdem Sermo ad Synodum de Catholicâ fide, & duo alii Sermones ſynodales.

5°. Dicta

Digitized by Google

5°. Dicta *Damaſi* Papæ ad epiſcopos.

6°. Ordo Hiſpanorum in celebratione Conciliorum.

7°. Dicta B. *Petri* Apoſtoli in Concilio excerpta ex variis Scriptoribus & ex dictis Clementis, Anacleti, Evariſti, Teleſphori & aliorum PP.

8°. Ordo celebrandi Concilii apud Lemovicas.

9°. Ordo Lemovicenſium de *Diligentiâ Corporis Domini*, ſive de Synodo bis in anno ab epiſcopo celebrandâ cum preſbyteris & reliquis clericis.

10°. Sermones & Dicta excerpta ex SS. Patrum libris.

11°. Epiſtola *Caroli* magni ad Alcuinum.

12°. Sermo ad omnes Synodos ſacerdotum.

13°. Item Sermo de pace habitus in Concilio.

14°. Alius Sermo (in fine imperfectus) ad eos qui veniunt in capite Quadrageſimæ ad Pœnitentiam.

D I I I.

Codex membranaceus in-8°. minori, (foliorum 188.) partim ſæculo XII°. partim XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Liber de conflictu vitiorum & virtutum;

Digitized by Google

cujus finis deſideratur. (*Ambroſio* Autperto tribuitur in Appendice tomi VI. Operum S. Auguſtini.)

2°. *Hildeberti* Cenomanenſis epiſcopi Carmen de Sacramentis Miſſæ & veteris legis.

3°. Excerpta ex variis Authoribus prophanis.

4°. Verſus nonnulli de Proſodiâ.

5°. Liber dictaminis.

6°. *Petri* (canonici regularis ac prioris S. Joannis Senonenſis) Epiſtolæ (partim ineditæ).

7°. Libellus de animæ origine (ut videtur, ineditus). Incipit : *Inter Sanctos Patres requiſitio non parva facta eſt.*

8°. Quæſtiones *Oroſii* ad Auguſtinum.

9°. Anonymi Verſus de vitâ rectè inſtituendâ. Incipiunt : *Hæc præcepta legat devotus ut impleat actu.*

10°. Verſus nonnulli de bono pacis.

11°. *Eugenii* Verſus ſex de mentis humanæ imbecillitate.

12°. *Auguſtini* Sermo de ebrietate.

13°. Anonymi de Officiis divinis.

14°. *S. Bernardi* abbatis Epiſtola ad Innocentium Papam adverſus Petri Abælardi errores.

15°. Opuſculum inſcriptum, *Immutatio dexteræ Excelſi.*

Digitized by Google

16°. Libellus proſâ rhytmicâ & verſu conſtans. Incipit: *Orandi nova gratiâ ſedebam in Eccleſiâ.*

17°. Carmen de mundi vanitate. Incipit: *Utrum ſit mundus quadratus, ſive rotundus.*

18°. Dicta B. *Albini* (Alcuini) Levitæ.

In fronte hujus codicis legitur: *Iſte liber eſt de Conventu Sancti* Dionyſii *Remenſis.*

D I V.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 226.) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Sermo ſeu liber Epiſcopi ad Epiſcopos. Incipit: *Si quis, Fratres, oraculum reminiſcatur*, &c.

2°. Definitio fidei Symbolique Nicæni.

3°. Libellus fidei Pelagianorum.

4°. Libellus fidei à *Pelagio* Romam miſſus ad Innocentium Papam.

5°. *Odonis* Dorobernici de Vitâ B. Wilfridi.

6°. *Audradi Modici* (epiſcopi) de S. Juliano & Sociis.

7°. *Magni* Senonenſis archiepiſcopi de Myſterio Baptiſmatis.

8°. Tranſlatio corporis S. Clementis martyris.

9°. *Einhardi* (Eginhardi) Sapientis Epiſtolæ.

10°. *Joannis* Scoti Erigenæ liber de Prædeſtinatione.

Digitized by Google

11°. *Lanfranci* Epiſtola ad Berengarium.

12°. Varia *Guiberti* Novigentini abbatis Opuſcula.

13°. *Guillelmi* abbatis S. Theodorici de Corpore & ſanguine Domini.

14°. *Clementis* IV. Papæ Epiſtolæ aliquot.

15°. Opuſculum de præpoſito & archidiacono Claromontano.

D V.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Paulini* Forojulienſis epiſcopi Paræneſis ad amicum in ſæculo militantem.

2°. *Guiberti* abbatis Novigentini de Laude S. Mariæ Virginis. Ejuſdem Liber de Incarnatione ad Bernardum Decanum Sueſſionenſem. Ejuſdem Liber de Virginitate. Ejuſdem de Laudunenſibus ex Libris de vitâ ſuâ.

3°. Incerti Authoris libellus de Euchariſtiâ. Incipit: *Sicut ante nos dixit quidam ſapiens.*

4°. *Guillelmi* abbatis (S. Theodorici) Speculum fidei. Ejuſdem Ænigma fidei.

5°. *Giſleberti* abbatis Weſtmonaſterienſis Diſputatio Chriſtiani & Judæi.

6°. *Hugonis* Rothomagenſis archiepiſcopi adverſus Hæreſes ſui temporis libri tres.

Digitized by Google

7°. Abbatis (Guillelmi S. Theodorici) adverſus Petrum Abælardum libri tres. (Hujus operis in Ciſtercienſi Bibliothecâ editi deſideratur initium.) Ejuſdem adverſus errores *Gilberti* Porretani. (Opus ineditum, ac rariſſimum.) Incipit: *Quatuor in his ſchedulis capitula, Lector, invenies.*

8°. *Auxilii* Liber de Tranſlatione epiſcoporum & de ordinationibus à Formoſo factis. Ejuſdem de eodem argumento Dialogus.

(Conſtat is codex foliis 379.)

D V I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 92.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continetur *Alcuini* Tractatus de divinis Officiis & Ritibus eccleſiaſticis.

Ad calcem leguntur hi verſus in laudem *Deoderici* Metenſis epiſcopi qui ſæculo x°. floruit:

Hic Deodericus *generoſo ſanguine natus,*
Regum progenie nomen habens celebre;
Cæſaris Othonis tetigit quæ linea carnis,
Cujus conſiliis jura dedit populis.
Luxit enim mundo, ceu ſidus lumine pleno,
Actibus eximiis, moribus egregiis.

Digitized by Google

DVII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 231.) quadratæ formæ, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Claudii* Taurinenſis epiſcopi Commentariorum in Matthæum libri tres (inediti) quorum ſic incipit Præfatio : *Domino Sancto ac beatiſſimo & mihi peculiari cultu affectuque ſpecialiter colendo Patri, Juſto abbati, Claudius peccator anno DCCCXV. Incarnationis Salvatoris noſtri Jeſu-Chriſti*, &c.

3°. Opuſculum cui titulus, *Figuræ Evangeliſtarum*. Incipit : *Poſt adventum Spiritus ſancti ſuper Diſcipulos*, &c.

3°. Libri tres Expoſitionum in Evangelia, quorum primus ſic incipit : *Sciendum quod Sancti Evangeliſtæ*, &c.

Ad calcem in margine legitur hunc codicem à Reimboldo diacono ſcriptum fuiſſe.

DVIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 227.) non compactus, ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur *Joannis* Scoti Liber à *Prudentio* correctus. (Eſt autem Tractatus *S. Prudentii* Trecenſis

epiſcopi de Prædeſtinatione contra *Joannem* Scotum Erigenam.)

D I X.

Codex membranaceus in-4°. (tribus quaternionibus, ſeu 16. foliis conſtans) in fine mutilus ac ineunte ſæculo xv°. exaratus. Ibi continetur *Servati Lupi* Liber de tribus Quæſtionibus.

D X.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 84.) ſub finem ſæculi xv^{i}. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Paſchaſii Radberti* de Sacramento altaris Tractatus.

2°. *Cæcilii Cypriani* Martyris de duodecim abuſionibus ſæculi Liber (ſubdititius).

3°. *Gregorii* Turonenſis de Gloria plurimorum Martyrum, ſeu Confeſſorum libri duo, (quorum præfatio brevior quam in editis; deſunt prætereà plures articuli in hoc exemplari.)

D X I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 64.) ſæculo xi°. exaratus. Ibi continentur *Grimlaici* Liber de vitâ & moribus Solitariorum.

D X I I.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 221.) ſæculo xvii°. exaratus. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. *Gerberti* archiepiſcopi Remenſis (poſteà Sylveſtri II. Papæ) Epiſtolæ, quarum nonnullæ ſunt ineditæ.

2°. Statuta Cameracenſis Eccleſiæ.

3°. Statuta ſynodalia Diœceſis Caſtrenſis an. 1368. edita.

DXIII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur *Adalberti* Flores ex Gregorio magno in Job. (Prologum edidit Martenius Anecdotorum tomo 1. p. 84.) Author initio ſe monachum & diaconum, in fine preſbyterum profitetur. (Is codex folia 142. complectitur.)

DXIV.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 49.) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continentur Epiſtolæ *Theophylacti* epiſcopi Bulgariæ à Sirmundo latinè tranſlatæ, & ipſius manu deſcriptæ.

DXV.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 103.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continetur *Albuini*, ſive Albini, preſbyteri & eremitæ (qui vixit ſæculo XI°.) Liber de virtutibus & vitiis ad Arnoldum canonicum Pariſienſis Eccleſiæ. (Opus ineditum

Digitized by Google

ditum, cujus tantummodò Prologum vulgavit Martenius tomo 1. Anecdotorum p. 668.)

D X V I.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *S. Anſelmus* in Cantica Canticorum.

2°. *S. Ambroſii* de Virginitate libri IV. Ejuſdem Liber de Viduis.

3°. *Auguſtini* Liber, *Unde malum.* Ejuſdem de Libero arbitrio libri duo priores.

(Conſtat is codex foliis 182.)

D X V I I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 41.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *S. Anſelmi* Cantuarienſis Liber de Concordiâ præſcientiæ & Liberi arbitrii.

2°. *Hugonis* Rothomagenſis archiepiſcopi Libri tres adversùs Hæreſes ſui temporis.

D X V I I I.

Codex membranaceus in-8°. formæ oblongæ; ſæculo XII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continetur *S. Anſelmi* Cantuarienſis (rectiùs Anſelmi Laudunenſis) Commentarius in Apocalypſim.

(Conſtat foliis 78.)

D X I X.

Codex membranaceus in-fol. majori, ſæcu-

Digitized by Google

lo XII°. exaratus. Ibi continetur *Giſleberti* Weſtmonaſterienſis Diſputatio Chriſtiani cum Judæo ad Anſelmum Cantuarienſem. (Conſtat is codex foliis 8.)

D X X.

Codex membranaceus in-fol. partim ſæculo XIII°. partim exeunte ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Ivonis* Carnotenſis Epiſtolæ (quarum tres ineditæ).

2°. *Anſelmi* Cantuarienſis archiepiſcopi tres Epiſtolæ.

3°. *Paſchalis* Papæ S. Anſelmo Epiſtola (inedita).

4°. *S. Brunonis* Carthuſianorum Inſtitutoris Epiſtola R. (Radulfo cognomento viridi) Remenſi præpoſito.

5°. R. Cantoris Remenſis Eccleſiæ & plurimorum Remenſium clericorum Epiſtola (inedita) R. præpoſito Remenſi (Radulfo eidem qui ſupra, cujus electio ad archiepiſcopatum Remenſem facta anno 1106. & à Paſchali Papa citra conſenſum Regis confirmata ſchiſmati occaſionem præbuerat.) Incipit : *R. Remenſis Eccleſiæ præpoſito fratres qui Remis ſunt ſacerdotes*

Digitized by Google

omnes, R. Cantor & qui cum eis ſunt, quæ diſcordiæ ſunt fugere.

6°. Epiſtola *Hildeberti* Cenomanenſis epiſcopi Anſelmo Cantuarienſi.

7°. Epiſtola *S. Bernardi* ad Eugenium Papam.

8°. *Symmachi* Epiſtolæ quædam.

9°. *Ivonis* Carnotenſis aliæ Epiſtolæ (quas inter una inedita).

10°. *Hildeberti* Cenomanenſis de Miſſæ & veteris legis Sacramentis liber metricus.

11°. *Gibuini* epiſcopi Rhytmus de Paradiſo (ineditus). Incipit: *Paradiſi amœna regio, quam poſſidebat quondam primus homo.*

12°. Incerti Authoris Verſus de Ludo qui ſit cum XXVII. teſſelis (teſſeris). Initium: *Ordine ſit primus regali nomine functus.*

13°. *Marbodi* epiſcopi Redonenſis Liber metricus in Canticum Canticorum.

14°. Verſus (inediti) *Odonis* Aurelianenſis epiſcopi (Cameracenſis). Initium: *Omnipotens in principio cœlumque ſolumque fecit.*

15°. *Hildeberti* Carmen de Zozimo & Mariâ Ægyptiacâ. Ejuſdem de Nuptiis Mercurii & Philologiæ. Ejuſdem Hiſtoria Mahumetis.

16°. *Marbodi* Redonenſis epiſcopi Paſſiones

Digitized by Google

metricæ S. Laurentii & SS. Mauritii & Sociorum.

17°. *Godefridi* Remenſis Epiſtola ad Ingelramnum archidiaconum de moribus ejus & nobilitate. Ejuſdem Somnium de Odone Aurelianenſi. Ejuſdem ad Virginem quamdam. Ejuſdem Dialogus cujus interlocutores ſunt Godefridus & Calliope. Ejuſdem Deſcriptio vitæ præſentis. (Hæc omnia Godefridi, ſeu Goffridi, Opera metrica ſunt inedita, præter fragmenta quædam Appendici tomi v. Annalium Benedictinorum inſerta.)

18°. *Hildeberti* Cenomanenſis Verſus de Inſtabilitate mulierum.

19°. Varii Anonymorum Verſiculi ſatis inficeti.

20°. *Nicolai* Verſus de Abbatibus in Ovile Chriſti aliunde aſcendentibus. Ejuſdem Invectiva in abbatem Cadomenſem.

21°. Anonymi Altercatio Urbani & Clementis Apoſtolicorum.

22°. *Bernardi* (Sylveſtris) Coſmographus, ſeu potius hujus Operis inediti fragmentum.

23°. *Ivonis* Carnotenſis Epiſtolæ VII.

24°. *Hugonis Metelli* Epiſtolæ LV.

25°. Anonymi Fabula de Lupo & Opilione.

Digitized by Google

26°. Quædam *Hugonis Metelli* Problemata metrica ſecundum alphabeti litteras, & alia ejuſdem (ut videtur) Carmina.

Is codex (folia 186. complectens) fuit abbatiæ Sancti Arnulphi *Metenſis.*

D X X I.

Codex membranaceus in-fol. minori, (conſtans foliis 131.) ſæculo XII°. charactere Capetiano, exaratus. Ibi continentur,

1°. *Guiberti*, ſeu *Wilberti*, abbatis Novigentini Tractatus de Incarnatione contra Judæos. Ejuſdem Opuſculum de Virginitate. Ejuſdem de Buccellâ Judæ datâ, & de veritate Dominici corporis.

2°. Elucidarium (*Honorii* Auguſtodunenſis) de Summâ totius Theologiæ chriſtianæ. (Opus editum ad calcem Operum S. Anſelmi).

D X X I I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 95.) ſæculo XII°. exaratus, operimento ſpoliatus ac malè compactus. Ibi continentur *Hildeberti* Cenomanenſis Epiſtolæ & ejus Philoſophia.

D X X I I I.

Codex membranaceus in-12°. (foliorum 98.) ſæculo XIII°. exaratus, quo continentur *Hildeberti* Cenomanenſis aliquot Epiſtolæ.

Digitized by Google

D X X I V.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 166.) partim ſæculo XIII°. partim XIV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Hildeberti*, *Symmachi* viri conſularis, & *Nicolai* Clarævallenſis aliquot Epiſtolæ.

2°. *Petri* Bleſenſis *Baſiligerunticon*, id eſt, Ludus Senioris Regis, ſeu Commentarius in Job.

3°. Excerpta è Poëtis.

D X X V.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum, 70.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Abbatis (*Guillelmi* S. Theodorici.) libri tres contra Petrum Abælardum, quorum primùs quaternio, ut in editis, deſideratur.

Ad calcem hujus codicis legitur antiquâ manu ſcriptum: *In hoc volumine continentur Epiſtolæ Hildeberti Cenomanenſis & Enchiridion S. Auguſtini, Diſputatioque Abailardi contra Catholicos viros Galliarum*, (ipſi ſunt tres libri ſupradicti.) *Sed deeſt quaternus unus; & Tractatus contra Gilbertum Porretanum.*

D X X V I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 194.) exeunte ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur præmiſſis duabus Epiſtolis Auguſtini ad Probam & ad Paulinam.

Digitized by Google

1°. S. *Bernardi* Liber de diligendo Deo. Ejuſdem Expoſitio in Canticum Canticorum.

2°. *Hieronymi* de eſſentiâ Dei & de inviſibilitate & immenſitate ipſius (Liber ſubdititius). Incipit: *Omnipotens Deus, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, unus atque trinus.*

3°. Pars Expoſitionis S. Bernardi in Canticum Canticorum alterâ manu ſcripta. Ejuſdem Exhortatio ad milites Templi. Ejuſdem Homiliæ tres ſuper *Miſſus eſt.* Ejuſdem de Diligendo Deo.

DXXVII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 313.) ſæculo xv°. charactere minuſculo & eleganti exaratus. Ibi continentur,

1°. S. *Bernardi* libri IV. de Conſideratione. Ejuſdem de Præcepto & Diſpenſatione.

2°. *Hugonis* à S. Victore de Studio legendi. Ejuſdem de Diſcretione artium. Ejuſdem de Ordine, modo & diſciplina legendi. Ejuſdem de Studio divinarum Scripturarum.

3°. S. *Auguſtini* liber ſextus de Muſicâ. Ejuſdem de Libero arbitrio libri tres. Ejuſdem de Præſcientia (rectius de præſentiâ) Dei ad Dardanum.

4°. *Caſſiodori* Tractatus de Animâ.

5°. S. *Anſelmi* Cantuarienſis Epiſtolæ duæ.

Digitized by Google

Ejuſdem Meditationes de Animâ. Ejuſdem (rectius Eadmeri) Liber de Similitudinibus.

6°. *Hugonis* à S. Victore libellus (ineditus) de Virtute orationis; Incipit: *Terret me vita mea.* Ejuſdem de arrhâ Sponſæ.

7°. S. *Anſelmi* Cantuarienſis de Incarnatione Verbi. Ejuſdem de Concordiâ præſcientiæ & prædeſtinationis cum libero arbitrio. Ejuſdem Monologium & Proſlogium. Ejuſdem Diſputatio cujuſdam pro Inſipiente qui dixit in corde ſuo, *non eſt Deus*; & Liber contra reſpondentem pro Inſipiente (in editis Liber apologeticus contra Gaunilonem). Ejuſdem Epiſtolæ XVII. Ejuſdem Liber de Veritate. Ejuſdem de Conceptu virginali & de originali peccato.

7°. S. *Auguſtini* Liber de perfectione Juſtitiæ. Ejuſdem de Natura & gratiâ. Ejuſdem de Prædeſtinatione Sanctorum. Ejuſdem de Dono Perſeverantiæ. Ejuſdem de Agone Chriſtiano. Ejuſdem de Naturâ boni. Ejuſdem de Pœnitentiâ. Ejuſdem de Diſciplinâ chriſtianâ.

9°. *Iſidori* Hiſpalenſis de Summo bono libri IV.

10°. S. *Auguſtini* Liber de Spiritu & Animâ. Ejuſdem (rectius Fulgentii) Liber de Fide ad Petrum.

11°. Senecæ

11°. Senecæ Liber de quatuor Virtutibus.

12°. *S.Bernardi* Liber de gradibus Humilitatis.

13°. *S. Auguſtini* Liber de Doctrinâ chriſtianâ.

14°. *S. Bernardi* (rectius incerti Authoris) de Contemptu mundi. Incipit: *Multi multa ſciunt.* (Primus eſt è quatuor Libris de Animâ inter Opera Hugonis Victorini editis t. 2. editionis Rothomagenſis).

15°. *S. Bernardi* de Gratiâ & libero arbitrio.

16°. *S. Anſelmi* Liber, *Cur Deus Homo.*

17°. *S. Auguſtini* Enchiridion.

18°. *Senecæ* Epiſtolæ aliquot & aliorum ad ipſum. Ejuſdem liber de Clementiâ.

19°. *S. Auguſtini* Confeſſionum libri XIII.

20°. *S. Bernardi* (rectius incerti Authoris) Meditationes.

21°. Anonymi Liber de dictis ad Ariſtotelem.

22°. Sextus liber *Ariſtotelis* de Virtutibus intellectualibus.

23°. Liber ejuſdem de Speculis.

24°. Liber ejuſdem de Intellectu & Intelligentiâ.

25°. *S. Bernardi* Homiliæ ſuper *Miſſus eſt*; ſequuntur tres alii ejuſdem Sermones.

26°. *Boëtius* de Conſolatione Philoſophiæ.

27°. Excerptum ex Platonis Timæo.

Digitized by Google

28°. Expoſitio & Gloſſæ ſuper Boëtium.

DXXVIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 112.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *S. Bernardi* Libri de Conſideratione.

2°. *Simonis* de Tornaco preſbyteri (qui claruit ab anno 1216°.) variæ Quæſtiones Theologicæ; Initium: *Duo quæſita ſunt; primum utrum idem præmium retribuatur omnibus in Paradiſo.* Ejuſdem Expoſitio Symboli Athanaſiani. Incipit: *Apud Ariſtotelem argumentum eſt.*

DXXIX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, (conſtans foliis 160.) ſæculo XIII°. ſed non unâ eademque manu, exaratus. Ibi continentur,

1°. Excerptiones variæ de diverſis quæſtionibus.

2°. *S. Bernardi* abbatis de Præcepto & Diſpenſatione. Ejuſdem Sermo exhorratorius ad Milites Templi. Ejuſdem Apologeticus ad Guillelmum abbatem. Ejuſdem de Duodecim gradibus humilitatis. Ejuſdem (rectius incerti Autoris) de Benedictionibus XII. Patriarcharum.

3°. Excerptiones, ut fert titulus, ſatis utiles.

4°. *S. Auguſtini* de verâ Religione. Ejuſdem de Moribus Eccleſiæ catholicæ. Ejuſdem de

Digitized by Google

Opere monachorum. Ejuſdem Retractationum libri duo.

5°. Excerpta è Poëtis & Oratoribus.

6°. *S. Auguſtini* Liber, *Uude malum.* Ejuſdem libri de Libero arbitrio.

7°. *S. Cæſarii* Arelatenſis epiſcopi Regula Sanctimonialium.

8°. Liber Miraculorum ſeu Revelationum monaſterii Fiſcanenſis.

Ad calcem penultimi Operis legitur antiquâ manu ſcriptum: *Iſte liber eſt* Domûs vallis-profundæ, & *fuit datus eidem à Domino ... in manu Domini David Prioris.*

D X X X.

Codex membranaceus in fol. quadratæ formæ, (conſtans foliis 120.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur *Petri* Bleſenſis Epiſtolæ.

Ejuſdem Sermonum duorum fragmenta in quaternione diſſuto.

Alter adjunctus eſt quaternio membranaceus, (conſtans foliis 12.) ſæculo XIII°. exaratus, ubi habentur plures Epiſtolæ Petri Bleſenſis.

D X X X I.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus ac non compactus. Ibi continentur *Petri* Ble-

Digitized by Google

ſenſis Sermones, quorum primi deſideratur initium.

(Conſtat is codex foliis 356).

D X X X I I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 45.) minuto charactere ſæculi XIV[i]. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur,

Petri Bleſenſis Opuſculum Contrâ perfidiam Judæorum.

Ejuſdem de Confeſſione.

Ejuſdem de Pœnitentiâ.

Ejuſdem de Epiſcopali Judicio.

Ejuſdem de Amicitiâ Chriſtianâ.

Ad calcem hujus codicis habetur: *ex Bibliothecâ Nicolai* Camuzæi *Trecenſis Eccleſiæ Canonici.*

THEOLOGI.

D X X X I I I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 130.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continetur *Petri Alphonſi* (eodem ſæculo clari) Dialogus cum Moyſe Judæo.

D X X X I V.

Codex membranaceus in-8°. unico quaternione conſtans ac ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continetur Elucidarium (*Honorii* Auguſtodunenſis).

Digitized by Google

DXXXV.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 77.) ſæculo XIII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur *Hugonis* à S. Victore libri VII. (inediti) in librum S. Dionyſii Areopagitæ de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ; Initium : *Judæi ſigna quærunt; & Græci Sapientiam.*

(*Is codex fuit olim abbatiæ S.* Petri de Pratellis *Diæceſis Lexovienſis*).

DXXXVI.

Codex membranaceus in-fol. exeunte ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur Magiſtri *Petri* Lombardi Pariſienſis epiſcopi libri quatuor Sententiarum cum tabulâ horumce librorum, & tabulæ ipſius tabulâ imperfectâ.

(Conſtat is codex foliis 152.)

DXXXVII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 45.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Richardi* à S. Victore de Trinitate libri ſex.

2°. *Boetii* liber de Trinitate. Ejuſdem Brevis complexio de perſonâ & naturâ contrâ Eutychen & Neſtorium. Ejuſdem de Conſolatione Philoſophiæ.

DXXXVIII.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo

Digitized by Google

XIV°. exaratus. Ibi continetur ſumma Magiſtri *Præpoſitivi* Cancellarii Pariſienſis (inedita).

Is codex complectens folia 94. *fuit olim* Philippi *Deſportes.*

D X X X I X.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 373.) initialibus litteris auro & minio depictis ornatus, ac deſcriptus an. 1480. Ibi continentur D. *Thomæ* Quæſtiones de malo. (In capite codicis viſuntur Ferdinandi V. Regis Arragoniæ gentilitia inſignia pulchrè delineata).

D X L.

Codex membranaceus in-fol. ineunte ſæculo XVI°. eleganter exaratus. Ibi continentur Opuſcula quædam *S. Thomæ.* (Conſtat is codex foliis 275.)

D X L I.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 105.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Summæ *S. Thomæ* ſecunda pars, & ſecunda ſecundæ.

D X L I I.

Codex membranaceus in-12°. (foliorum 136.) ſæculo XIII°. exeunte deſcriptus. Ibi continentur,

1°. Fragmentum incerti Autoris de peccatis capitalibus.

Digitized by Google

2°. Excerptum è Patribus.

3°. Breviloquium pauperis (*S. Bonaventuræ* Opus editum).

4°. Anonymi (*Hugonis* à S. Victore) de Verâ ſcientiâ.

5°. Liber *Lotharii* Levitæ & Cardinalis, (poſteâ Innocentii III. Papæ) de Vilitate conditionis humanæ.

6°. Imago mundi (*Honorii* Auguſtodunenſis).

DXLIII.

Codices quatuor membranacei in-fol. quorum primus 216. ſecundus 270. tertius 231. & quartus 198. foliis conſtat, charactere minuſculo ſæculi xv^i^. pereleganter exarati, litteriſque initialibus partim aureis, partim cæruleis ornati. Ibi continentur *Joannis* Scoti in quatuor libros Sententiarum Commentarii.

Tomi 2^i^. & 3^i^. deſiderantur initia. *Tres priores tomos Joachim de Gigantibus de Rottemburgâ oriundus Ferdinandi Regis Librarius & Miniator in membranis tranquillè ſcripſit & miniavit an.* 1476. Fol. 8°. v°. tomi quarti legitur capitalibus litteris in eleganti ſcuto incluſis: *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, Joannis *Scoti ex ordine Minorum in 4um. Sententiarum librum Opus præcla-*

Digitized by Google

riſſimum incipit per Hippolytum Lunenſem juſſu Regis Ferdinandi, dum bello turbulentiſſimo premeretur Italia, diligenter tranſcriptum.

In vineolis quibus ornatur prima pagina tomi primi exhibentur Minoritæ veſte leucophæi coloris (de couleur tanée) induti; in-4°. autem tomo ad litteram initialem operis, viſitur effigies Scoti cinereo indumento veſtiti.

D X L I V.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 249.) eleganti charactere minuſculo ſæculi XVI. ineuntis exaratus. Ibi continentur,

1°. *Joannis* Scoti Quæſtiones ſuper Univerſalibus Porphirii ac libris Prædicamentorum & Perihermenias.

2°. Doctoris *Antonii Andreæ* (de Novo-Caſtro) Scoti diſcipuli ſuper ſex Principiis Gilberti (Porretani). Hujus ultimi operis inediti non meminit Wadingus in ſuâ Bibliothecâ Franciſcanâ. Incipit: *Liber iſte agit & tractat de illis ſex principiis.*

Is codex fuit olim Philippi Deſportes.

D X L V.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 31.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur Diſputatio, (ut

Digitized by Google

(ut videtur, inedita) inter Magiſtrum & Diſcipulum de Religione chriſtiana contra Judæos. Incipit: Magiſter. *Quoniam avidum te conſpicio quatenus adinventiones &c.*

DXLVI.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 406.) an. 1576°. exaratus. Ibi continentur *Roberti* Bellarmini Cardinalis Reſolutæ quæſtiones circa Fideì catholicæ doctrinam.

DXLVII.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 67.) ſæculo XVII°. exaratus ac non compactus. Ibi continetur Diſputatio Theologica de Regis Chriſtianiſſimi fœdere cum Hollandis ordinibus, deque ſupremo Regum imperio atque inviolabili majeſtate.

DXLVIII.

Faſciculus quaternionum in-4°. partim in membranâ, partim in chartâ, (conſtans foliis 88.) Ibi continentur,

1°. Epiſtola *Rigaltii* Juriſconſulti ad Cardinalem Barberinnum, quâ probare nititur laïcos, neceſſitate id poſtulante, olim ſacrificium obtuliſſe.

2°. D. *Orientii* Monita chriſtiana verſu, ex Bibliothecâ Valeſianâ.

3°. Des Armoiries des Connétables de France.

Digitized by Google

4°. *Sedulii* preſbyteri Epiſtola (inedita) in Scripturam ſacram.

5°. *Gaufridi* de Clarâvalle Expoſitionis (ineditæ) in Cantica Synopſis breviſſima.

6°. Gloſſæ in Evangelium Joannis.

7°. Epiſtola, ſeu libri duo Aimoinii Sangermanenſis de S. Vincentio.

8°. Epiſtola *Gelaſii* I. Papæ ad Flavitam Cp^uno^ epiſcopum.

9°. Capitulare *Caroli* Calvi datum an. 877.

10°. Synodus habita Pontigone ſub Joanne VIII° Papâ.

11°. Epiſtolæ VIII. N. (*a*) Moguntini epiſcopi. (ineditæ præter unam, ut videtur.)

Litteræ (ineditæ) Imperatoris (Henrici IV.) ad Græcorum Imperatorem, quem vocat tantummodò Regem, in gratiam Moguntini archiepiſcopi (Sigifridi) Hieroſolymam euntis.

(*a*) *Nota.* Hic error librarii; nam hæ litteræ ſunt certò certius Sigifridi archiepiſcopi Moguntini & aliorum ad ipſum. Unas ex ipſis videre eſt apud Tengnagelium p. 302. 303. & t. IX. Concil. p. 1231.

HOMILIARII ET ASCETICI.

DXLIX.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 115.) initio & fine carens, ſæculo XII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur anonymi Sermones.

DL.

Quaternio unicus in-4°. (foliorum 14.) ſæculo XIII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur,

1°. *Thomæ* Mauriniacenſis abbatis Sermones (inediti) de Sancto Paſchate & de Aſcenſione. Primus incipit : *Euntes in mundum univerſum.*

2°. *Hugonis* à S. Victore Libellus (ineditus) Super inviſibilia. Incipit : *Inviſibilia enim ipſius à creaturâ mundi.*

Huic codici adjuncta ſunt duo folia in-8°. quibus continentur Ænigmata de alphabeto metricè. Initium : *Principium vocis veterumque inventio prima.*

DLI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 226.) ſæculo XII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur incerti Authoris Sermones dominicales, quorum finis deſideratur.

Digitized by Google

DLII.

Codex membranaceus in-4°. quatuor quaternionibus, (ſeu foliis 47.) conſtans, ac ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur Magiſtri *Hilduini* (Cancellarii Pariſienſis) Sermones (inediti) de Quadrageſimâ, quorum finis deſideratur. Primus incipit: *Buccinate in neomenia tuba.*

DLIII.

Codex chartaceus in-12°. ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continentur *Antiqui cujuſdam & docti, licet incerti, Autoris*, Sermones paſchales (ut videtur, inediti.) Primus incipit his verbis: *Exultet Cælum & in lætitia eſto terra.*

DLIV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 112.) ſæculo X°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Liber de virtutibus & vitiis ex variis excerptis conſarcinatus. Deeſt initium.

2° B. *Cæſarii* Arelatenſis Homiliæ numero decem, *Quomodo verbum Dei deſiderari debeat vel audiri.* In fine legitur: *Expliciunt Homiliæ S. Cæſarii ad Monachos ſcriptæ Sanctimonialibus in Cænobio Mettis civitate communiter viventibus.*

3°. Excerpta è Collationibus Patrum.

4°. Benedictiones variæ, nempè aquæ ferven-

Digitized by Google

tis & ferri calidi, aquæ ferventis in caldario; aquæ frigidæ, &c.

D L V.

Codex membranaceus in-fol. exeunte ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur incerti Authoris (quem conjicimus eſſe Hugonem de Folieto) Speculum virginum. Opus, ut videtur, ineditum, cujus hæc prima verba ſunt: *Ultimus Chriſti pauperum H.... virginibus ſacris H. N. gaudium aſſequi beatæ perennitatis.* Dialogus eſt inter Peregrinum & Theodoram. Ad calcem leguntur achroſtichides in laudem virginitatis.

Is codex foliis conſtans 148. *ac variis ornatus figuris deſcriptus eſt à fratre* Petro *de Fera monacho Igniacenſi.*

D L V I.

Codex membranaceus in-fol. parvo, ſæculo XIV°. exaratus, in fine mutilus, ac male compactus. Ibi continetur incerti Authoris Tractatus de Vitâ monaſticâ. (Conſtat is codex foliis 163.)

D L V I I.

Codex membranaceus in-fol. minori, ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur incerti Authoris liber inſcriptus, *Eccleſia triumphans.* Incipit: *Eccleſia triumphans quinque nominibus appellatur.*

Digitized by Google

In fronte codicis foliis 236. conſtantis legitur: Iſte Liber eſt Adæ de Corlandon, &c.

DLVIII.

Codex chartaceus in-8°. exeunte ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur tres priores libri operis de Imitatione Chriſti. Ad calcem legitur: *Sic terminatur liber qui intitulatur* De internâ converſatione, *perutilis ac devotus, qui omni legenti poterit utilitatem afferre.* Hunc codicem ex ſcripturâ colligit Jacobus Sirmondus Thomâ à Kempis antiquiorem eſſe. (Conſtat foliis 96.)

Fuit olim Petri Cochon *Canonici Sancti Martini.*

DLIX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 80.) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur *Pelagii* Heremitæ Majoricani ad Libanium Gallum *Pro Anacriſeos operatione, cum ſancto Numine proprio.* (In hoc opere de viſionibus ac revelationibus comparandis agitur.)

JUS CANONICUM.

DLX.

Codex membranaceus in-12°. parvo, (foliorum 16.) in fine mutilus, ac ſæculo XIII°. exa-

Digitized by Google

ratus. Ibi continentur Canones qui dicuntur Apoſtolici, necnon Sortes Apoſtolorum.

DLXI.

Codex membranaceus in-fol. charactere longobardico ſæculi VIII^i. exaratus, initio ac in fine mutilus. Ibi continentur,

1°. Collectio Conciliorum tùm Œcumenicorum, tùm Gallicanorum, intermixtis quibuſdam Summorum Pontificum Epiſtolis.

2°. Annotatio Gelaſii Papæ in Libros Canonicos.

3°. Catalogus Romanorum Pontificum deſinens in Felice IV°.

4°. Notitia Provinciarum Galliæ.

5°. Conſtitutiones Concilii, cujus nomen deletum eſt. (Conſtat is codex foliis 300.)

DLXII.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 227.) ineunte ſæculo IX°. diverſis manibus, aut ſaltem characteribus, exaratus, initio & in fine mutilus, cætera nonnihil à blattis læſus. Ibi continentur,

1°. Acta Concilii V. generalis.

2°. Catalogus Summorum PP. deſinens in Paſchali I.

3°. Symbolum *Athanaſii* dictum.

Digitized by Google

4°. Exemplar Fidei S. *Auguſtini.*

5°. Exemplar Fidei S. *Hieronymi.*

6°. Excerptum ex Concilio Aurelianenſi de Eccleſiæ dogmatibus. Incipit: *In principio creavit Deus Cælum & terram & aquam ex nihilo.*

7°. Sententia Decanonum de Reſurrectione. Initium. *In Reſurrectione ex Mortuis*, &c.

8°. Statuta Eccleſiæ antiqua, Qui epiſcopus ordinandus eſt. Incipiunt: *Ante examinetur ſi naturâ prudens eſt.*

9°. Caput XLIII. Libri V. Hiſtoriæ Gregorii Turonenſis, & capita V^um & XL^um libri VI. ejuſdem Hiſtoriæ.

10°. *Hieronymi* Epiſtola (commentitia apud Labb. t. 2. Concil. p. 868. edita), ad Damaſum de Pſalmodiâ. (Hanc ſequitur effigies Sacerdotis Miſſam celebrantis, rudis illa quidem, tamen obſervatu non indigna).

11°. Epiſtolæ mutuæ (at ſpuriæ) Damaſi & Hieronymi de Catalogo PP. Romanorum, quas ſequitur ipſemet Catalogus (Damaſo ſuppoſitus, atque à Scheleſtrato tomo I. Antiquit. illuſtr. editus).

12°. Notitia Provinciarum Galliæ.

13°. Collectio copioſa Canonum & Decretalium ac Epiſcopalium conſtitutionum.

DLXIII.

Digitized by Google

DLXIII.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ, (complectens folia 84.) initio & in fine mutilus, in ſuperiori parte ambuſtus, ac ſæculo VIII°. charactere ruſtico (*a*) exaratus. Ibi continentur,

1°. Canones Apoſtolici.

2°. Canones Africani.

3°. Canones Gallicani, nempe Conciliorum Arelatenſis, Vaſenſis, Agathenſis, Epaonenſis, Aurelianenſis, Arelatenſis II.

4°. Codex Canonum *Dionyſii* Exigui.

DLXIV.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, initio mutilus nec non in ſummis foliis plerumque ambuſtus, ac ſæculo VIII°. charactere ruſtico majori exaratus. Ibi continetur *Dionyſii exigui* Collectio Canonum. In cujus fine legitur: *Expliciunt Canones eccleſiaſtici ex ſcrinio Eccleſiæ Romanæ tranſlati. Amen.* Deinde ſequntur Ca-

(*a*) *Nota.* Character Ruſticus à Rei diplomaticæ peritis dicitur is qui unciali, capitali & curſivo, tùm Merovingico, tùm Carolovingico, tùm Longobardico miſcetur & coaleſcit, quod pertinet ad ſæcula VIII^{um}. IX^{um}. & X^{um}.

Digitized by Google

nones Ancyrani & Arelatenſes. Rarum exemplar.

Is codex folia 110. *complectitur.*

DLXV.

Codex membranaceus in-fol. majori, quadratæ formæ, ſæculo IX°. exaratus. Ibi continetur *Dionyſii exigui* Collectio Canonum, ſed multo auctior; in eâ quippe occurrunt Decreta Pontificum uſque ad Gregorium Juniorem. (Conſtat is codex foliis 120.)

DLXVI.

Codex membranaceus in-fol. (99. foliorum) ſæculo X°. exaratus. Ibi continetur Concordia Canonum Eccleſiæ, ſeu Breviarium *Creſconii* trecentis capitulis diſtinctum.

DLXVII.

Codex membranaceus in-fol. (47. foliorum) exeunte ſæculo IX°. exaratus, non compactus ac in fine mutilus. Ibi continentur Canones Pœnitentiales à *Bedâ* collecti.

DLXVIII.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo IX°. exaratus, & non compactus. Ibi continentur,

1°. Collectio Canonum, ſive excerpta ex corpore Canonum, ſcilicet de Pœnitentiâ, de Accu-

Digitized by Google

ſatis, de ſacris Ordinibus & Privilegiis Clericorum.

2°. Breviarum Fidei.

3°. Privilegium Monachorum à Papâ Gregorio firmatum.

(Conſtat foliis 79.)

DLXIX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, (conſtans foliis 116.) ſæculo VIII°. charactere ruſtico majori exaratus, ac initio mutilus. Ibi continentur,

1°. Collectio Canonum Galliæ.

2°. Notitia Provinciarum & Urbium gallicanarum.

3°. Encyclica *Leonis Papæ*, adverſus Hilarium Arelatenſem epiſcopum.

4°. Reſcripta varia Imperatorum *Conſtantini*, *Valentiniani*, *Theodoſii & Honorii.*

Labbeus iu ſuâ Conciliorum editione adornandâ non videtur adhibuiſſe hunc codicem, in quo inſerta ſunt duo folia ſæculo IX°. exarata, ubi habentur excerpta ex Concilio *Trecenſi an.* 878. *Epiſtola* Hincmari *Remenſis ad Imperatorem Carolum Calvum, & alia duo Scripta mutila.*

DLXX.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 124.) exeunte ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. Collectio Canonum ac Decretorum ex Conciliis & variis Authoribus petita.

2°. Gloſſæ ſuper Canones per ſingula Concilia.

3°. Concilii Aquisgranenſis II. libri tres, ad Pippinum Regem (Ludovici Pii filium.)

Is codex notatur S. Benigni *Divionenſis.*

DLXXI.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 127.) exeunte ſæculo IX°. diverſis manibus exaratus, ac initio corroſus. Ibi continentur,

1°. Epiſtolæ Romanorum PP. & aliorum quorumdam præſulum, quarum index initio præfigitur.

2°. Excerpta è Capitularibus.

3°. Charta Bertefridi Ambianenſis epiſcopi pro Monaſterio Corbeienſi.

4°. Privilegium Concilii Pariſienſis pro eodem.

5°. Bullæ PP. *Benedicti* III. & *Nicolai* I.

6°. Chartæ *Clotharii* III. *Chilperici* II. & *Theodorici* III. pro eodem.

Is codex fuit olim Corbeiæ.

DLXXII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 109.) ſæculo X°. exaratus. Ibi continentur excerptorum ex corpore Canonum libri III. quorum pri-

Digitized by Google

mus de Pœnitentiâ & Pœnitentibus; ſecundus de Accuſatis & Accuſatoribus, Indicibus ac Teſtibus, tertius de ſacris Ordinibus & de Regulis ac privilegiis Clericorum & Præſulum.

D L X X I I I.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 145.) ſæculo circiter XI°. diverſis manibus exaratus, malè compactus, in fine mutilus, ac in ſummis foliorum oris tantiſper exeſus. Ibi continetur, ut fert titulus, *Collectio Sententiarum.* (Sunt verò Excerpta è Conciliis ac Decretalibus.) Ad calcem folii 34. recti hæc habentur. » Ex græcis » & latinis Canonibus & Synodis romanis at- » que Decretis Præſulum & Principum Roma- » norum, hæc capitula ſparſim collecta ſunt, & ab » Ingelramno Mediomatricæ Urbis epiſcopo Ro- » mæ beato Papæ Adriano tradita ſub die XIII. » Calend. Octobr. Indict. VIII. quando pro ſui » negotii causâ agebat. » Tùm ſequuntur varia Capitula de accuſatoribus & de accuſatis.

Notatur is codex, ad extremam folii 10. *verſi oram*, Eccleſiæ SS. Gervaſii & Protaſii Sueſſion.

D L X X I V.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 136.) ſæculo XII°. diverſis manibus exaratus, ac in fine putridus & lacer. Ibi continetur Collectio Ca-

Digitized by Google

nonum in tres libros diſtributa. Quorum primus de ordinatione & electione Epiſcoporum; ſecundus de ordinatione Preſbyterorum & reliquorum Ordinum; tertius de inſtitutione Eccleſiæ, de decimis & oblationibus, & qui libri recipiantur. Sequntur Canones, de Baptiſmo, de inceſtâ copulatione, de incantatoribus & ſortilegis, de obſervatione ſacri jejunii, de excommunicatis, de furibus & prædatoribus, de perjurio & pœnitentiâ ejus, de crapulâ & ebrietate, de Principibus & reliquis Laicis, de fornicatione & inceſtu. Præmittitur his omnibus notitia Provinciarum Imperii Romani & Galliæ.

Is codex fuit olim Domini de Hauteſerre de Salvaiſon.

DLXXV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 124.) partim ſæculo IX°. partim X°. partim XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Dicta *Iſidori* (Hiſpalenſis) ex Libris Etymologiarum ſumpta de Canone videlicet quid *Romulic* exprimat, &c.

2°. Annotatio de Symbolis vel Canonibus Apoſtolorum.

3°. Annotationes de ſex Synodis principalibus generaliter apud Græcos ex decreto Præſulum Romanorum celebratis.

Digitized by Google

4°. Annotationes de aliquibus Synodis præfatæ regionis Græciæ.

5°. De quibuſdam Conciliis regionis Africæ.

6°. De quibuſdam Conciliis regionis Galliæ.

7°. De pleriſque Conciliis regionis Hiſpaniæ.

8°. Nomina Civitatum omnium quæ ſunt in Provinciis Galliæ.

9°. Collectio Canonum *Dionyſii* exigui ad Stephanum epiſcopum.

10°. *Iſidori* (Hiſpalenſis) Epiſtola Maſoni epiſcopo de lapſu corporali clericorum, qui ex quibuſdam Canonibus non ſunt reſtaurandi.

11°. Annotationes de quorumdam Præſulum Romanorum decretis.

DLXXVI.

Codex membranaceus in-fol. (complectens folia 24.) ſæculo xv°. exaratus. Ibi continentur Acta Concilii Baſileenſis tranſcripta, *quorum collatio facta eſt de verbo ad verbum ad originalia decreta per ſacri Baſileenſis Concilii Notarium* (ſignatum Brunet), cum Bullâ plumbeâ his appenſâ.

DLXXVII.

Codex membranaceus in-4°. (complectens folia 30.) ſæculo IX. exaratus, ac in fine mutilus. Ibi continetur Liber Diurnus Romanorum PP.

Digitized by Google

Adjunctus eſt quaternio membranaceus ſæculo XII°. exaratus in quo habetur, *Qualiter agatur Synodus*.

DLXXVIII.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XII°. exaratus, ac initio valdè mutilus. Ibi continentur excerpta ex decretis Conciliorum, Summorum PP. & Patrum. (Conſtat foliis 361.)

DLXXIX.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur Epiſtolæ *Clementis* IV. Papæ. (Conſtat foliis 83.)

DLXXX.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 83.) exeunte ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur *Gregorii* Papæ IX. Decretalium libri V.

DLXXXI.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 68.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Conſtitutiones in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. editæ & à Joanne XXII°. vulgatæ.

2°. Statuta Concilii Trevirenſis an. 1310.

Is codex fuit olim Joannis de Barzelle.

DLXXXII.

Codex chartaceus in-fol. parvo, (foliorum 92.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Aliquot

Digitized by Google

1°. Aliquot Epiſtolæ *Clementis* V. *Sixti* IV. *Joannis* XXII. *Clementis* VI. *Benedicti* XII. *Bonifacii* VIII. *Alexandri* VI. *Gregorii* XI. *Martini* V. *Innocentii* VI. *Nicolai* V. *Honorii* IV. *Urbani* V. PP. (Is ordo codicis).

2°. Diploma Latinum *Caroli* IV. & Diploma Gallicum *Philippi* VI. utriuſque Galliarum Regis.

DLXXXIII.

Codex membranaceus in-4°. ſæculo x°. exaratus ac non compactus. Ibi continentur,

1°. Tractatus de utilitate Pœnitentiæ, quomodo exercenda ſit, & de remiſſione peccatorum.

2°. Tractatus, ſeu Liber Pænitentialis.

Opus utrumque varias continet Pænitentiæ leges ex antiquis Canonibus & Summorum PP. decretis excerptas.

DLXXXIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Statuta Synodalia & Provincialia obſervanda in Diœceſi Cameracenſi collecta & renovata anno MCCC.

2°. Statuta Concilii Provinciæ Remenſis (habiti an. MCCCI.)

(Conſtat is codex foliis 89.)

Digitized by Google

DLXXXV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 41.) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur Statuta ſynodalia Remenſis Eccleſiæ in Synodis habitis Compendii an. 1303. Sylvanecti an. 1317. & 1326. Compendii an. 1329. & Novioduni an. 1344.

DLXXXVI.

Codex membranaceus in-4°. (conſtans 58. foliis) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur eadem quæ in præcedenti codice.

Is codex fuit olim Cardinalis de Lénoncourt.

DLXXXVII.

Faſciculus quaternionum membranaceorum in-4°. (foliorum 122.) partim IX°. partim X°. partim XI°. partim XII°. ſæculo exaratorum. Ibi continentur,

1°. *Herardi* Turonenſis archiepiſcopi Capitularia & ejuſdem Commonitorium (imperfectum) ad Guenilonem archiepiſcopum Senonenſem.

2°. *Juvenci* preſbyteri Fragmentum libri metrici Evangeliorum.

3°. Decreta *Bonifacii* Papæ (*Forte*, Benedicti VII.)

4°. Fragmentum libelli de quatuor Virtutibus.

Digitized by Google

5°. Folium de numeris & ponderibus (Opuſculum, ut videtur, completum.)

6°. Folium de Genealogia Regum & Principum.

7°. Epiſtola *Leonis* II. Papæ ad Metenſes in gratiam Drogonis quem vocat archiepiſcopum Metenſem (edita.)

8°. Decreta PP. Romanorum (edita in Conciliis Labbei tomo 2°. part. 2. p. 300. & tomo 3°. p. 346. & p. 436.)

9°. Epiſtola *Nicolai* I. Papæ (edita.)

10°. *Berengarii* archidiaconi Andegavenſis Retractatio.

11°. Epiſtola *Joannis* diaconi & cancellarii E. R. ad (Guidonem) abbatem Moliſmenſem (ut videtur, inedita.)

12°. Epiſtola *Ivonis* Carnotenſis ad Lugdunenſem archiepiſcopum.

13°. Homiliæ (imperfectæ) in Evangelia.

14°. Epiſtola (inedita) ſatis prolixa Matthæi Albanenſis epiſcopi & cardinalis ad abbates qui conſueverant Remis convenire ſingulis annis pro correctione monaſtici Ordinis. Incipit: *Patribus conſcriptis, cæleſtis curiæ ſenatoribus, abbatibus illis qui condixêre ſingulis annis Remis convenire pro monaſtici Ordinis correctione,* Matthæus *Dei gratiâ Albanenſis epiſcopus, eorum frater & devo-*

Digitized by Google

tus amicus, gratia & pax à Domino Patre & Domino Jeſu-Chriſto.

15°. Incerti Authoris liber ad Monachos (ineditus.)

16°. Epiſtola *Ludovici* Pii ad Agobardum Lugdunenſem archiepiſcopum.

17°. Capitula *Callixti* II. Papæ.

18°. *Gotteſcalchi* Verſus iambici & heroïci (à Sirmondo editi.)

19°. *Juvenalis* Satyrarum Fragmentum (tribus quaternionibus conſtans) ſæculo x°. exaratum.

20°. Epiſtolæ *Pelagii* II. *Joannis* IX. ac *Benedicti* IV. PP.

21°. Epiſtolæ nonnullæ *Leonis*, *Felicis*, *Hormiſdæ* & *Innocentii* PP.

Omnes hi quaterniones ex variis codicibus videntur avulſi.

DLXXXVIII.

Codex chartaceus in-fol. majori, (foliorum 33.) ſæculo xv°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Herardi* Turonenſis archiepiſcopi Decreta.

2°. Ordinationes Curiæ Senonenſis per Guillelmum *de Dormans* archiepiſcopum; ſequuntur alia ejuſdem archiepiſcopi Decreta.

DLXXXIX.

Codex membranaceus in-4°. minori, (folio-

Digitized by Google

rum 32.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur Liber Synodalis, ſeu Acta Synodi habitæ in Caſtro-Guntherii (an. 1248.)

D X C.

Quaternio membranaceus in-4°. (foliorum 15.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Statuta Eccleſiæ Tullenſis (rectiùs Tutelenſis) an. 1359. (à Baluzio edita in Hiſtoriâ Principum de Turre Arverniæ.)

D X C I.

Codex chartaceus in-4°. minori, (foliorum 59.) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continentur Tranſcripta Chartarum ſpectantium maximè Eccleſias Senonenſes.

D X C I I.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 74.) partim ſæculo XVI°. partim XVII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Conſtitutiones Eccleſiæ Nicoſienſis.

2°. Conſtitutio Cypria *Alexandri* IV[i]. & alia ad hoc negotium ſpectantia à Vincentio Richardo clerico regulari è græco latinè reddita, ac notis illuſtrata.

3°. Concilia Complutenſia annorum 1325. & 1326.

Digitized by Google

4°. Concilium Toletanum an. 1326.

D X C I I I.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 147.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Excerpti Canones de preſbyteris criminoſis.

2°. *Hincmari* Remenſis archiepiſcopi Epiſtola ad epiſcopum quemdam de Tranſlatione epiſcoporum; Epiſtola ejuſdem ad Radulphum & Frotarium archiepiſcopos de nuptiis Stephani & filiæ Regimundi; ejuſdem Epiſtola nomine Concilii Tuſiacenſis ſcripta adversùs perverſores rerum eccleſiaſticarum; ejuſdem Epiſtola ad Hildegarium epiſcopum de Judicio aquæ frigidæ; ejuſdem & epiſcoporum comprovincialium Epiſtola de excommunicatione Odoacri epiſcopatûs Belvacenſis invaſoris; ejuſdem Epiſtola ad Ludovicum Regem de electione epiſcopi Belvacenſis; ejuſdem Epiſtola ad eundem Regem de pravâ electione Odoacri; ejuſdem Epiſtola de iis quæ ex officio exequi debeat epiſcopus; ejuſdem Epiſtola de actione ſacri Baptiſmatis.

D X C I V.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 171.) ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. Collectio Canonum diſtincta libris XIII.

2°. Solutiones quarumdam quæſtionum.

3°. Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. Canones XXVI.

DXCV.

Codex membranaceus in-fol. operimento ſpoliatus, ac malè compactus, exeunte XII°. ſæculo exaratus. Ibi continetur Panormia (*Ivonis* Carnotenſis) ab editis diverſa. Ad calcem collectio Canonum imperfecta. (Conſtat is códex foliis 155.)

DXCVI.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continetur Decretum Gratiani cum Scholiis. (Conſtat foliis 291.)

DXCVII.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 217.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur Anonymi Scholia in Gratianum. Ad calcem habentur Sermo in Evangelium Joannis & Orationes.

DXCVIII.

Codex membranaceus in-fol. exeunte ſæculo XIII°. exaratus, integumento nudatus, ac malè

Digitized by Google

compactus. Ibi continentur Anonymi Scholia in Gratianum. (Conſtat foliis 98.)

D X C I X.

Faſciculus quaternionum chartâceorum in-4°. (foliorum 354.) ſæculo XVII°. exaratorum. Ibi continentur,

1°. Exercitationes Canonicæ de firmitate Privilegiorum.

2°. Statuta Eccleſiæ Caïnonenſis in Diœceſi Turonenſi.

3°. Incerti Authoris Apologia gratitudinis Romanæ ſedis ergà Regnum Franciæ.

4°. Collectaneum Rerum diverſarum, quarum index codicis initio legitur.

D C.

Codex membrânaceus in-4°. (foliorum 73.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur Incerti Authoris Tractatus de câusâ poteſtatis Eccleſiæ in Prælatis.

D C I.

Codex membranâceus in-4°. (foliorum 63.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Joannis* de Bononiâ Summa Tabellionatûs Officii ſecundum formam Romanæ Curiæ. (Opus, ut videtur, ineditum.)

2°. *Dominici*

Digitized by Google

2°. *Dominici* de Dominicis (epiſcopi Brixienſis) Summa (inedita) ſecundum quam archiepiſcoporum & epiſcoporum notarii debeant officium exercere.

3°. *Clementis* V[i]. Papæ Litteræ de Remiſſione censûs præteriti à Regno Siciliæ debiti Eccleſiæ Romanæ; ejuſdem ad Robertum Calabriæ Ducem Epiſtola de capiendis in Regno Siciliæ Templariis & ipſorum bonis.

DCII.

Codex chartaceus in-fol. exeunte ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Taxa Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum Regni Franciæ.

2°. Rôles des Taxes des Bénéfices, Commanderies, &c. de la haute Alſace.

3°. Liſte des Abbayes titulaires de l'Ordre de Cîteaux.

(Conſtat is codex foliis 34.)

DCIII.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 45.) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continetur Politum (le Pouillé) Præbendarum, Dignitatum, Perſonarum, Officiorum & Parochialium Eccleſia-

E

Digitized by Google

rum Metropolitanæ Eccleſiæ Biſuntinæ.

D C I V.

Faſciculus quaternionum in-4°. (foliorum 230.) partim membranaceorum, partim chartaceorum. Ibi continentur,

1°. Antiquiſſima Statuta quibus Facultas Theologica Pariſienſis ſemper uſa eſt ante reformationem Cardinalis Tottovillæi, id eſt, ante an. 1400. Hic habetur concluſio facta poſt Decretum Concilii Baſileenſis de Immaculatâ Conceptione. Item Appellatio Univerſitatis pro ſacris electionibus an. 1517.

2°. Anonymus de Romani Pontificis ejuſque Eccleſiæ prærogativâ.

3°. *Bertrandus* cardinalis Æduenſis ſuper facto Prælatorum.

4°. Anonymus de Papatu Romano.

5°. Aliquot Epiſtolæ & Decreta *Urbani* II. & *Paſchalis* II. P. P.

6°. Liber Synodalis Eccleſiæ Nemauſenſis à (Raymundo) Nemauſenſi epiſcopo digeſtus.

D C V.

Codex partim in chartâ, partim in membranâ, in-fol. (40. foliorum) ſæculo XIV°. ac XVII°. exaratus. Ibi continentur Statuta plurima Uni-

Digitized by Google

verſitatis Pariſienſis, præſertim contrà Mendicantes annis 1253. 1255. 1312. & 1358. edita, & Statuta Nationis Gallicanæ an. 1305.

DCVI.

Codex membranaceus in-fol. ſæculo XI°. exaratus. Ibi continetur S. *Benedicti* Anianenſis Concordia Regularum.

(Is codex integumento nudatus conſtat foliis 143.)

DCVII.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 112.) ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Statuta *Gregorii* Papæ Vitam & Regulam Monachorum ſpectantia.

2°. Regula S. *Benedicti*.

3°. Liber S. *Bernardi* de Interiori homine, ſeu Meditationes. (Opus ſuppoſititium).

4°. Tractatus de Profeſſione Monachorum per fratrem *Guillelmum* Perardum Ordinis Fratrum Prædicatorum Conventûs Lugdunenſis.

5°. *Smaragdi* Diadema Monachorum.

Is codex fuit olim Conventûs FF. Prædicatorum Ebroicenſium.

DCVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 178.)

Digitized by Google

ſæculo XVII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur Regulæ SS. Patrum *Serapionis*, *Macharii*, *Paphnutii*, & alterius *Macharii*, Conſtitutiones S. Victoris, Camaldulenſium, Grandimontenſium, &c.

D C I X.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 59.) exeunte ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. B. *Stephani* Muretenſis, ſive Grandimontenſis, Regula.

2°. *S. Bernardi* abbatis (rectiùs *Guillelmi* S. Theodorici) Epiſtola ad Fratres de Monte-Dei.

Codex iſte fuit olim Ciſtercii.

D C X.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 67.) ſæculo XII°. exaratus, ac malè compactus. Ibi continentur Sententiæ B. *Stephani* Muretenſis.

D C X I.

Faſciculus codicum in-12°. & in-4°. partim in membranâ, partim in chartâ. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. Conſuetudines, ſeu Cæremoniæ Domûs Carthuſiæ.

2°. Rituale & Conſuetudines Vallis-Caulium.

3°. Nuda & brevis Hiſtoria Ordinis Antoniani.

4°. Conſtitutiones & Statuta Ordinis Præmonſtratenſis.

5°. Conſtitutiones Ordinis S. Guillelmi.

6°. Conſtitutiones Ordinis B. Mariæ Redemptionis Captivorum.

7°. Series Epiſcoporum Wormienſium cum inſignibus eorum.

DCXII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus, ac non compactus. Ibi continetur Collectio Regularum & Conſtitutionum Religioſorum utriuſque ſexûs, Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, &c. (Conſtat foliis 347.)

DCXIII.

Thecæ duæ in-fol. quibus continentur diverſa *Michaelis* Rabardæi Jeſuitæ Opuſcula. In primâ quidem,

1°. Commentatio in Titulum XIII. libri primi Decretalium Sanctiſſimi D. N. Gregorii IX. Papæ: *De Epiſcopo qui renuntiavit Epiſcopatui*;

Digitized by Google

& de ordinatis à tali Epiſcopo. (Foliis conſtat 92.)

2°. Commentarius in Canonem : *Solet quæri*, &c. qui eſt de Concubinariis. (Folia 72. complectitur.)

3°. In Titulum & Pontificia Decreta *de Pœnitentiis & de Remiſſionibus.* (Continet folia 300.)

4°. Ad Librum C. Septimii Florentis Tertulliani preſbyteri Carthaginenſis *de Pœnitentia* Commentarius. (Habet folia 74.)

In altera Theca continentur,

1°. Breviarium probatorium Sententiarum quas R. P. Domnus Antonius Diana reprobat in *Optato benignâ manu ſecto.* Μοſις ἀλλὰ ποτὲ ; præmiſſâ ipſius Breviatoris ad R. P. Diana Epiſtolâ apologeticâ. (Conſtat foliis 66.)

2°. Auctoris (Rabardæi) Benevola admonitio ad R. P. Antonium Diana. Ibi Rabardæus diſcuſſione prolixiori defendit quæ in ſuo *Optato* reprobata fuerant à Diana. (Foliorum eſt 157.)

3°. Commentarius in Canonem : *Sententia Paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta fuerit, eſt timenda* XI^um^ Quæſt. III. in quo cauſa Monialium Carmelitarum R. Bituricenſium contrà Proceſſus &

Digitized by Google

Sentențias D. Stephani Louiſtre Decani Nannetenſis commiſſarii ſubdelegati defenditur. (Folia continet 100.)

4°. Commentarius in caput *Quia periculoſum*; de Sententia Excommunicationis in 6. In quo declaratio facta ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Cardinali Epiſcopo, & aliis Prælatis in Synodo congregatis de nullitate Proceſſûs & Sententiarum D. Stephani Louiſtre Doctoris Theologi & Decani Nannetenſis contrà Reverendiſſimum Epiſcopum Leonenſem vera & juſta comprobatur. (Complectitur folia 40.)

5°. His ſubjunctum eſt aliorum Rabardæi operum quæ non comparent, Cenſuræ à Patre *de Seſmaiſons* Pariſiis anno 1640. latæ apographum (*a*).

(*a*) Ita porrò ſe habet hæc cenſura.

» Ego Petrus de Sesmaisons Legi Tractatus aliquot à R. P. Michaele Rabardeau compoſitos,

1°. *Tractatum quo reſpondetur ad quæſtionem :* » Si le trafic du Change (ſelon les Articles ſuivans) eſt

JUS CIVILE.

DCXIV.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ (conſtans foliis 310.) ſæculo VII°. exaratus, ini-

---

» juſte, & ſi l'on peut exercer l'Office de Courtier, » pour ce négoce, en bonne conſcience. «

2°. *Exercitationem canonicam:* » An creditores pro » pecuniâ Publicanis, Campſoribus, Mercatoribus rela- » tiis commodatâ ultrà ſortem & ſummam principalem » poſſint, ſine noxâ damnabilis Uſuræ, lucri quidpiam » accipere, quoad debitores totam pecuniæ ſibi datæ » ſummam perſolverint. «

3°. *Exercitationem canonicam de mendacio & ſimulatione:* » In ea nec artificioſo 22. q. 2.

» 4°. *An Clerici poſſint aliquam pecuniæ ſummam,* » *vel donum magni pretii conſanguineis, vel amicis ſuis* » *non egentibus de ſuis bonis eccleſiaſticis elargiri.* Ad » C. Cæterum de Donationibus.

» 5°. *An liceat Reo exprobatione criminis contra* » *accuſatorem, vel teſtes ſeſe defendére.*

» 6°. *Exercitationem canonicam de Eminentiſſ. Car-* » *dinalibus Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Epiſcopis & aliis* » *Prælatis Eccleſiaſticis in exercitatione militari oc-* « *cupatis.*

» 7°. *Exercitationem canonicam de tribus quæſtioni-*

tio

tio & in fine nonnihil mutilus. Ibi continetur Codex Theodoſianus.

DCXV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 118.) ſæculo ix°. exaratus. Ibi continentur,

---

» *bus à Patribus Societatis Jeſu pro converſione Ca-*
» *nadenſium laborantibus propoſitis.*

» 8°. *Commentationem in Tit.* 13. *lib.* 1. *Decreta-*
» *lium*, de Epiſcopo qui renunciavit Epiſcopatui.

» 9°. *Exercitationes canonicas in C.* Imperatores 11.
» 9. 3. Prima, eſt *De cauſa vel occaſione hujus Cano-*
» *nis.* Secunda, *De obedientia Regibus, Principibus,*
» *etiam infidelibus à ſubditis omnibus exhibenda.* Ter-
» tia, *An Imperator, ſeu alii Reges Chriſtiani poſſint*
» *jure meritò bellum adverſus Principes Infideles eò quòd*
» *prædicationi ſanctæ fidei reſiſtant, inſtruere.* Quarta,
» *An Imperator, Rex, Princeps Catholicus poſſint ſine*
» *culpa ſecuritatem & conſcientiæ libertatem hæreticis*
» *in ſuis terris dare.* Quinta, *An Reges & Principes*
» *Catholici poſſint ſocietatem cum Infidelibus & Hære-*
» *ticis inire, ut ab ipſis in ſuis neceſſitatibus auxilia*
» *poſtulent & viciſſim præſtent.* Sexta, *De fœdere cum*
» *Batavis & Germanis Principibus à Regibus Chriſtia-*
» *niſſimis compoſito & juſta defenſione illis præſtanda.* «

» In omnibus hiſce Tractatibus nil reperi cur typis
» mandari non poſſint. Eorum Doctrina ſana eſt & ſcitu
» digniſſima. Ita cenſeo Pariſiis 16 Februarii 1640. «

Digitized by Google

1°. Excerpta è Codice Theodoſiano.

2°. Libri XVI. ejuſdem Codicis.

3°. Leges Novellæ Theodoſii, quarum ultima mutila eſt.

4°. *Gundebati* Liber cujus hæc prima verba ſunt : *In Dei nomine anno ſecundo Domini noſtri glorioſiſſimi Segeſmundi Regis ; Incipit Capitulus quem Domnus noſter glorioſiſſimus Ambariaco in Conventu Burgundionum inſtituit.*

5°. Lex Salica.

6°. Lex Ribuariorum (Ripuariorum).

7°. Lex Alamannorum. (In hoc codice terminatur ea Lex capite quod eſt in editis 94um. Deinde legitur : *Ubi fuerünt XXXIII. Duces & XXXIII. Epiſcopi, & XLV. Comites.*

8°. *Incipit pactus, Lex Alamannorum, & ſic convenit : Si quis alterius caput fregerit, ſic ut cervella pareat, ſolvat ſolidos* XII. &c.

Is codex Baluzio incognitus haud parvi æſtimandus eſt, maximè quod habeat variantes plurimas lectiones. In fronte legitur : *Iſte Liber Eccleſiæ eſt Sancti* Launomari (*Bleſenſis.*)

DCXVI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 72.)

ſæculo XII°. exaratus, ac initio mutilus. Ibi continentur quatuor Libri Inſtitutionum *Juſtiniani*; quorum primus imperfectus.

DCXVII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 308.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur, præmiſſo Vitæ Alexandri magni Fragmento cujus ſeries ad calcem codicis habetur,

1°. *Liber legum autoritas Alarici Regis*. Deinde legitur: *In hoc corpore continentur Leges, ſive ſpecies Juris de Theodoſiano, vel diverſis Libris electæ, vel ſicut præceptum eſt explanari anno XXI. regnante Alarici ordinante vir inluſter Gothario comite feliciter explicit*. Ad calcem operis habetur: *Hæc Lex interpretationem non egit*.

2°. *Theodoſiani Conſtitutionum Explicit liber XVI*.

3°. Novellæ Imperatorum *Theodoſii, Valentiniani, Marciani, Majoriani* & *Severi*.

4°. Inſtitutionum *Gaii* liber I.

5°. Ex *Julii Pauli* receptarum Sententiarum corpore libri V.

6°. Lex Salica. (Hîc diverſæ ab editis lectiones plurimæ occurrunt minimè contemnendæ).

7°. Decretum *Childeberti* II. (hoc Decretum

Digitized by Google

annum XXI^um^ regni Childeberti hîc præſe fert, at XX^um^ in editis).

8°. Formulæ quæ vulgò dicuntur Sirmundianæ, à Baluzio in ſecundo Capitularium tomo editæ.

9°. *Iſidorus* Junior de Legibus.

10°. Regulæ Eccleſiaſticæ SS. Apoſtolorum prolatæ per Clementem Romanæ Eccleſiæ Pontificem in L. articulos diſtributæ.

11°. Viginti Canones Nicæni Concilii ; ſequuntur aliorum Conciliorum Canones.

12°. Exemplar Epiſtolæ formatæ juxta Concilii Nicæni Decretum.

Ad calcem hujus codicis legitur : *Sunt in cuſtodiâ Widonis archidiaconi Lingonenſis iſti. Libri quorum hæc ſunt nomina, Oroſius ab Urbe conditâ, Capitula Karoli magni, ſive Ludovici Auguſti, vel Clotarii Cæſaris, Expoſitio ſuper Iſaïam, geſta Francorum, Virgilius, Exmaredus, lex Reboariorum, ſive Alemannorum, Priſcianus minor, Euticius.*

DCXVIII.

Codex membranaceus in-fol. (174. foliorum) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Imagines*, ut fert titulus, *ſive ſpecies Juris*

de Theodoſiano, ſicut præceptum eſt, exemplatæ glorioſiſſimi Regis Alarici hordinante, feliciter: exemplar autoritatis.

2°. Novellæ.

3°. Julii Pauli Sententiarum libri v.

4°. Liber Gregoriani.

5°. Liber Papiniani.

6°. *Incipiunt innovationes Legum.*

7°. *Novellarum divi memoriæ Juſtiniani A. ſub quo quinta Senodus Conſtantinopoli congregata eſt, de ordine eccleſiaſtico.* (Deſunt viginti duo poſtremi articuli).

DCXIX.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 26.) ſæculo x°. exaratus, ac malè compactus. Ibi continentur,

1°. Liber Legis Salicæ.

2°. Decretum *Childeberti* Regis (latam circà annum 595um.)

3°. Additiones ad Legem Salicam (id eſt, Capitulare 2um. Caroli magni editum an. 803.)

DCXX.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 162.) ſæculo IX°. exaratus, malè compactus, ac nudatus operimento. Ibi continentur præmiſſis *Paulini* Patriarchæ Aquileïenſis admonitione contrà

Digitized by Google

errores Elipandi & Felicis, ac Decretis Concilii (Francofurtenſis) contrà eoſdem errores,

1°. Capitulare primum *Caroli* magni apud Aquiſgranum (an. 789.) editum.

2°. *Libelli*, ut fert titulus; *vel Decretio Clodovæo & Childeberto, ſive Chlotario & Carolo fuit lucidè emendatum.*

3°. *Pactus pro tenore Pacti D. D. Childeberti & Chlotarii Regum.* (Circà an. 593.)

4°. *Decretio Chlotarii Regis.*

5°. *Decretum Childeberti Reges Francorum vir inluſter.*

6°. *Decretum Karoli precioſi Regis Francorum.*

7°. *Incipiunt Sententias de Septem-Septimas; hoc ſunt pariculas cauſas.* Ad calcem leguntur, hæc obſervatu digna: » Sciendum eſt quod in » quibuſdam Libellis Salicis inveniuntur Capi» tula principalia, in quibuſdam verò LXX. in » quibuſdam etiam paulò plùs, aut paulò minùs » quæ continentur alia Capitula, in quibuſdam » Codicibus CCC. in quibuſdam verò plùs minùs » habent etiam ſpecies, in quibuſdam Libellis » XXVII. in quibuſdam verò minùs, vel paulò » plùs. Inquirendum eſt compoſitionis Legis Sa» licæ quod varietatis & quæ numerum permi-

» nimium quæ verò permaximum habeat. «

8°. Tractatus Legis Salicæ cum Prologo & Additionibus Karoli Regis. (Hîc deſiderantur articuli 70us & 71us qui reperiuntur in excuſis.)

9°. Decretio *Childeberti* Regis, (data circà an. 595um.) (Hîc omittitur 25us articulus editorum ; variat annus, & notatur 22us regni Childeberti.)

10°. *Karoli* magni & Ludovici Pii Capitularium ab *Anſegiſo* collectorum libri IV. (Poſt Anſegiſi præfationem legitur : *Incipiunt Capitula Epiſcoporum, Regum, & maximè omnium Nobilium Francorum,* tùm quatuor verſus minùs emendati quàm apud Baluzium).

11°. Capitulare ſecundum an. 873.

12°. Varia *Ludovici* Pii Capitularia.

13°. *Vita Karoli magni Einardo* (Eginhardo) *dictata* ; at mutila.

Is codex non videtur adhibitus à Baluzio fuiſſe in editione Capitularium.

DCXXI.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 134.) ſæculo x°. exaratus, non compactus, initio & in fine mutilus. Ibi continentur quatuor Libri Capitularium ab Anſegiſo collectorum, &

Digitized by Google

alia Capitularia *Karoli* magni & Ludovici Pii.

Notatur is codex S. Remigii *Remenſis*.

DCXXII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 62.) non compactus, exeunte ſæculo x°. exaratus. Ibi continentur Fragmenta Capitularium ab *Anſegiſo* abbate collectorum.

DCXXIII.

Codex membranaceus in-8°. parvo, (foliorum 103.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Lex Salica cum Additionibus, ſcilicet Capitulari anni 803.

2°. Capitularia duo an. 805. (2i. Capitularis articulus 22us. in hoc codice diverſus eſt ab editis.)

3°. Alia Capitularia (quorum nonnulla videntur inedita.)

DCXXIV.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 178.) ſæculo XVI°. exaratus. Ibi continentur Lex Salica & varia Capitularia Regum Francorum.

In capite codicis hujus legitur: *Pro Librariâ Regalis Collegii Campaniæ & Navarræ.*

DCXXV.

Digitized by Google

DCXXV.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 118.) non compactus, ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Capitula *Karoli* & *Ludovici* Imperatorum quæ facta ſunt in Synodo ſecus Theudonis Villam.

2°. Canones Concilii habiti in Verno Palatio.

3°. Capitula facta in Synodo apud Belvacum.

4°. Capitula facta apud Tholoſam.

5°. Pacta inter Reges fratres *Ludovici* Pii filios.

6°. Acta Synodi Sueſſionenſis celebratæ anno 853.

7°. Canones Synodi Vermerienſis.

8°. Capitula *Karoli* Calvi in Sylvatico edita. (Hîc deſiderantur Capitula apud Leudicam edita, quorum ultimus tantùm ſupereſt articulus.) Sequntur Capitula facta apud Bonoilum; & Capitula ad Francos & Aquitanos miſſa de Cariſiaco, quorum finis deeſt.

DCXXVI.

Codex membranaceus in-fol. minori, (complectens folia 119.) ſæculo XV°. exaratus. Ibi continetur Tractatus de crimine Læſæ-Majeſtatis

Digitized by Google

per Petrum Sallate *Conſiliarium in Parlamenti curiâ à Karolo Rege creatum anno* MCCCCLX. Author in Epilogo veram hujus Operis epocham ſignat his verbis : » Quoniam eo tempore quo » huic operam dabam dictamini, in Villâ Vindocini fieret proceſſus illuſtris principis Domini Johannis Ducis *d'Alençon*, & ſuorum » complicum accuſatorum & vehementer ſuſpectorum de proditione per eos commiſsâ & » perpetratâ adverſus ſanctiſſimam Majeſtatem... » Quod de hujuſmodi facinore pro ineptiâ ac » imbecillitate ingenioli mei adinvenire potui, » in hoc Commentariolo, licet rudi & inepto » eloquio, inſerui & cumulavi. «

Dux Alenconii de quo hic Sermo, Johannes *eſt nomine Tertius, cognomento* Bonus, *quem ob initum cum Regni hoſtibus commercium perduellii reum egit* Carolus VII[us] *Galliæ Rex anno* 1456. *litemque delegatis ad id Judicibus decrevit inſtruendam, primum in Urbe Monte-Argiſi, tum Vindocini ubi reapſe inſtructa fuit, ac Dux capitis damnatus, veniâ tamen ſubinde donatus, quo beneficio prorſus indignum ſeſe poſtmodum exhibuit.*

GEOGRAPHI, COMPUTISTÆ, CHRONOGRAPHI ET HISTORICI, TUM ECCLESIASTICI, TUM CIVILES.

GEOGRAPHI.

DCXXVII.

Codex membranaceus in-8°. (folia complectens 153.) ſæculo XVI°. exaratus, ac non compactus. Ibi continentur,

1°. Fragmentum antiqui Geographi.

2°. Excerptum ex Libris *Trogi Pompeii* tribus foliis comprehenſum.

3°. *Eutropii* Hiſtoriæ Romanæ liber primus.

4°. *Jordanis* (ſive Jornandis) epiſcopi de Summâ temporum ab origine actibuſque gentis Romanorum.

5°. Origo Gentis Getarum ex Libris *Jornandis* excerpta.

6°. Fragmenta Commentarii Hieronymiani in Danielem.

7°. Chronologia Dynaſtiarum per Anonymum.

8°. Excerptum è Chronicis *Euſebii*.

DCXXVIII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ,

Digitized by Google

(complectens folia 183.) partim ſæculo x°. partim xi°. partim xii°. exaratus. Ibi continentur,

1°. C. *Julii Solini* Poly-hiſtoriographi Liber de ſitu Orbis terrarum. (Ad calcem hujus Operis legitur : *Hic liber eſt S.* Benedicti *Floriacenſis.*

2°. *Liber calculi, quem* Victorius *compoſuit.*

3°. Tractatus de numero, menſurâ & pondere.

4°. Epiſtola *Abbonis* Floriacenſium abbatis de anno Dominicæ Paſſionis.

5°. *S. Aurelii Auguſtini* Dialectica.

6°. Verſus *Alcuini* ad Karolum Regem.

7°. Dialogi duo *Albini* (Alcuini) & *Karoli* Regis. Ad calcem prioris leguntur hi verſus :

Me lege qui veterum cupias cognoſcere ſenſus;
Me quicumque capit ruſticitate caret.
Nolo meus Lector ſit ſegnis, nolo ſuperbus;
Devoti & humilis pectoris antra colo.
Has, rogo, divitias Sophiæ non temnat amator,
Navita quas Pelagi poſcat ab orbe ſuo.

8°. Liber *Alcuini* de Septem artibus.

Hujus codicis initio duo ſunt folia litteris uncialibus ſæculi vi[i]. exarata, in quibus habentur Fragmenta Zachariæ & Malachiæ Prophetarum.

Digitized by Google

DCXXIX.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 321.) Ibi continentur Annotationes in tres libros Pomponii Melæ de ſitu Orbis, dictante Jacobo *Sirmondo* exceptæ an. 1585.

DCXXX.

Codex chartaceus in-8°. (foliorum 210.) Ibi continentur eædem Annotationes an. 1586. exceptæ.

DCXXXI.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans 124. foliis) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur Philippi *Labbe* Pharus Galliæ antiquæ. *Editio nova parata, at non in lucem producta, longè auctior,* ut fert titulus, *editione anni* 1644.

Tertia pars quæ montes & promontoria complectitur, pœnè tota deſideratur.

Huic codici inſerta ſunt folia quatuor in quibus varia leguntur Epigrammata Norberti *Aonii* Ambianenſis, Labbei diſcipuli, adverſus Nicolaum Samſonem qui multa in Pharo Galliæ, nec injuſtè, arguerat.

Digitized by Google

COMPUTISTÆ.

DCXXXII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, (complectens folia 145.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Calendarium vetus mutilum.

2°. Cycli decem-novales expanſi XXVIII. ſecundum Dionyſium. Ad calcem hujus Operis paginæ tres exhibent rationem computandi per digitos uſque ad decies centena millia figuris expreſſam.

3°. *Bedæ* preſbyteri Liber de Temporibus in LXV. capita diſtributus. Ejuſdem de Sex mundi ætatibus. Ejuſdem *Computus* Græcorum. Ejuſdem Liber de Temporibus in XXII. capita diviſus.

4°. Fragmentum Chronici Metenſis.

5°. *S. Iſidori* Etymologiarum liber V^us^ & XV^us^.

6°. Incerti Authoris qui ſcribebat antè an. 793. Argumenta Temporum, Verſus de ſingulis menſibus & diebus ſingulorum menſium, &c.

7°. Cyclus decem-novalis Latinorum, Græcorum, Victorii & Euſebii.

8°. Incerti Authoris *Computus* per interroga-

Digitized by Google

tionem & reſponſionem de litteris Martyrologii cum Calendario.

Adjectus eſt huic codici quaternio membranaceus ſæculo x°. exaratus, ubi continetur *Dionyſii* exigui de XXVIII. Cyclis decem-novalibus Liber, ſeu rectiùs pars ipſius Libri, cum præter præfationem & tabulas, ſatis quidem accuratè deſcriptas, nihil propè ſuperſit.

DCXXXIII.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, (complectens folia 91.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Beda* de Naturâ rerum; de Temporibus; de ſeptem Planetis, de Temporum ratione cum Scholiis inter lineas & ad marginem. Ejuſdem Argumentum ad feriam quâ Chriſtus paſſus eſt inveniendam, & ad numerum quem alter animo conceperit explorandum. Ejuſdem de Sex mundi ætatibus, & *Abbreviatio* Chronicæ.

2°. Anonymi Excerptum ex Chronologiâ Arati de ſignis cœleſtibus, cum figuris.

In ultimâ paginâ habentur litteræ formatæ cujuſdam abbatis Compendienſis.

DCXXXIV.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ,

(foliorum 141.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Calendarium vetus.

2°. Excerptum de Aſtrologia.

3°. *Bedæ* preſbyteri de *Computo*, ſive loquelâ digitorum.

Is codex fuit S. Maximini *Trevirenſis.*

DCXXXV.

Codex chartaceus in-4°. (foliorum 34.) ſæculo XVII°. exaratus, quo continetur *Joannis Harduini* Diſſertatio de menſibus Græcorum; (paradoxis à capite ſcatens ad calcem.)

CHRONOGRAPHI.

DCXXXVI.

Codex membranaceus in-fol. minori, formæ quadratæ, charactere Carolovingico ſæculi VIII^i. exaratus, & mutilus in folio ultimo. Ibi continetur *Euſebii* Cæſarienſis Chronicon à S. Hieronymo latinè tranſlatum. (Conſtat foliis 184.)

DCXXXVII.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ, (complectens folia 166.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continetur *Euſebii* Cæſarienſis Chronicon à S. Hieronymo latinè tranſlatum.

DCXXXVIII.

CDXXXVIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 196.) ſæculo VIII°. exaratus, præter quaterniones tres priores ſæculo XVI°. deſcriptos, non compactus & in fine mutilus. Ibi continetur *Euſebii* Chronicon à S. Hieronymo latinè tranſlatum.

DCXXXIX.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 206.) ineunte ſæculo XII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Pauli Oroſii* Hiſtoriarum libri VII.

2°. Incerti Authoris notitia Galliæ.

3°. Epiſtola (ut videtur, inedita) fratris *Stephani* ad Fulconem de animæ origine, & aliis quæſtionibus à Fulcone propoſitis. Incipit: *Quæſtiones quas magnitudo veſtra parvitati meæ, &c.*

Notatur is codex S. Vincentii *Metenſis.*

DCXL.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 56.) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur *Proſperi* Chronicon eleganter deſcriptum.

DCXLI.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 52.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continetur *Bedæ* preſby-

Digitized by Google

teri de ſex Mundi ætatibus. Liber cujus XXIX. priora capita ſunt avulſa.

Ad calcem legitur: *Gaude cœlum, gaude terra, ſolemni lætitiâ. Congaudete cœlicolæ pro concivis laureâ. Hymnizemus terrigenæ pro patroni gloriâ. Stolâ clarus Leviticâ.* Quibus verbis innuitur hunc codicem in Monaſterio *S. Vincentii* Metenſis deſcriptum fuiſſe.

DCXLII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur Nicolai *Treveth* Ordinis Dominicanorum Annales mundi ad Chriſtum natum. (Opus ineditum, ac dicatum *Hugoni* Cantuarienſis Eccleſiæ archidiacono & D. D. Papæ Nuntio in Anglia.)

(Conſtat is codex foliis 339.)

DCXLIII.

Codex membranaceus in 8°. (foliorum 167.) cujus primum fol. deſideratur, ſæculo XIII°. exaratus, ac integumento ſpoliatus. Ibi continentur,

1°. Chronicon ab origine mundi ad an. 1218. cum tabulis onomaſticis Imperatorum, Regum, ſummorum P. P. &c. (Meminit Jacobus *le Long* in Bibliothecâ hiſt. Galliæ n°. 7063°. Chronici à quodam Laudunenſi canonico cujus nomen

Digitized by Google

ignorabat, elucubrati; hujus verò deſcriptio qualem is Bibliographus exhibet, ſatis huic noſtro convenit).

2°. Dialogus Clementis & Fauſtiniani de Geneſi, id eſt, de Influxu ſiderum in res humanas.

3°. Notitia Sedium Epiſcopalium.

4°. Chronicon Virorum illuſtrium ordine alphabetico digeſtum.

5°. Series Principum Britanniæ, cum geſtis eorum.

6°. Ambroſii *Merlini* Vaticinia, &c.

DCXLIV.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur pars Chronici *Alberici* monachi Trium-Fontium ab an. Chriſti 960. ad an. 1240. (Folia 201. complectitur.)

DCXLV.

Codex membranaceus in-fol. exeunte ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Parvum Chronicon Turonenſe à Chriſto nato ad an. 1224. cum quibuſdam additamentis ad an. 1252.

2°. Nomina Regum Francorum, Ducum, Parium Franciæ; Origo Comitum Andegavenſium Regum Britanniæ; nomina Imperatorum Occi-

Digitized by Google

dentalium, Regum Italiæ, Imperatorum Orientalium & Cardinalium; notitia Patriarchatuum, Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum Eccleſiæ Occidentalis; nomenclatura P. P. Romanorum cum memorabilibus ipſorum geſtis à S. Petro ad Honorium III. necnon Patriarcharum Eccleſiæ Orientalis.

3°. Catalogus epiſcoporum Turonenſium ex Gregorio Turonenſi.

4°. Nomina Epiſcoporum ſuffraganeorum ipſius Eccleſiæ Turonenſis.

5°. Archiepiſcopi Bituricenſes & Pictavienſes epiſcopi.

6°. Senonenſes archiepiſcopi, cum epiſcopis Antiſſiodorenſibus, Trecenſibus, Nivernenſibus & Pariſienſibus.

7°. Chronicon alterum Turonenſe ab initio mundi ad annum Chriſti 1227. (editum à Martenio tomo v°. Ampliſſ. Collectionis; ſed in hoc codice cujus copiam ſibi negatam queritur Editor in obſervatione prævià, longè auctius atque perfectius.)

Is codex (foliis 263. conſtans) notatur Philippi Deſportes *Tironienſis abbatis.*

D C X L V I.

Codex in-4°. partim in membranâ, partim in

chartâ, (foliorum 165.) alternantibus utriuſque materiæ foliis ab initio ad finem, eadem tamen manu ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur Chronicon univerſale ab origine Mundi ad an. 1268. Incipit: *In principio temporis ante omnem diem, &c.*

Ad calcem legitur: *Author hujus Chronicæ fuit frater Joan.* Fraſquet *monachus S. Germani Antiosſiodorenſis, prout fertur ab aliquibus.* De hoc Chronico vide Jacobi *le Long* Bibliothecam hiſt. Galliæ n°. 7167°.

In margine tertiæ paginæ habetur: *Joannes* Ronſardus *emptionis titulo me poſſidet.*

DCXLVII.

Codex membranaceus in-4°. (conſtans 44. foliis) exeunte ſæculo XIII°. exaratus, ac malè compactus. Ibi continetur Chronicon Fr. *Martini Poloni* Pœnitentiarii D. Papæ. In fine habetur: *Explicit Chronicon de Pontificibus & Imperatoribus, & de factis eorumdem uſque ad Honorium* IV. *qui ultimus uſque nunc* (an. ſcilicet 1284.)

In hoc codice legitur fabula Joannæ Papiſſæ (ferè ut in editis) eâdem quâ cætera manu deſcripta. Hanc verò Pſeudopapiſſam Author inter Leonem quem numerat V^{um}. (alii IV^{um}.) &

Digitized by Google

Benedictum IIIum. collocat, his verbis: *Poſt hunc Leonem Joannes Anglicus, natione Moguntinus* (a) *ſedit* (b) *annos* II. *menſes* VII. *dies* IV. *& mortuus eſt Romæ, & ceſſit Papatus menſe* I. *Hic, ut aſſeritur, fœmina fuit; & in puellari ætate à quodam ſuo amaſio in habitu virili Athenis ducta, ſic in diverſis ſcientiis profecit, ut ſibi par non inveniretur; adeò ut poſt Romæ tùm* (c) *Magos, Magiſtros diſcipulos & auditores haberet; & cum in Urbe vitâ & ſcientiâ magnæ opinionis eſſet, in Papam concorditer eligitur, &c.*

Ad calcem hujus codicis habetur: *Iſte Liber eſt pauperum Magiſtrorum de* Sorbonâ *pretii* x. s.

DCXLVIII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 124.) an. 1507. exaratus. Ibi continetur, ut fert titulus, *Divinæ diſpoſitionis in hoc mundo ſeries, ſive Chronologia ita ſummo expoſita compendio, ut his quinquies mille quingentis & quinquaginta annis*

(*a*) *Editi*, Margantinus, *tùm addunt*, qui alibi legitur fuiſſe Benedictus tertius.

(*b*) *Editi*: Sedit annis duodus, menſibus quinque, diebus quatuor.

(*c*) *In editis*, adeout poſt Romæ Trivium Legens magnos magiſtros, &c.

quibus jam ſenſibilis hic Mundus eſt in ſuo curſu à nobis obſervatus, nil planè in quâvis ipſius ætate parte ve geſtum videri obſervarique contigerit, quin præordinatum à divinâ Providentiâ, aut ordinatâ, aut permiſſivâ voluntate videatur, ut in finem inde præſtantiſſimum omnia conducenda videantur.

» Scripſit qui antè Guillelmi *Poſtelli* nomine
» vocabatur, nunc autem in Eliæ ſpiritu & vir-
» tute Caïni loco ſub Jan-Caïni nomine pando-
» cheïco exponit ». (Opus ineditum).

HISTORICI ECCLESIASTICI.

DCXLIX.

Codex membranaceus in-fol. quadratæ formæ, ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur *Euſebii* Cæſarienſis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri IX. è Græco in Latinum tranſlati à Rufino preſbytero. Finis Libri ultimi deſideratur. Fol. 2°. R°. in parte inferiori legitur; à *Domno Deoderico collatus S.* Vincentio *Metenſi.*

Is codex folia 213. complectitur.

DCL.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ, (conſtans 154. foliis), ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Hiſtoriæ eccleſiaſticæ *Socratis*, *So-*

Digitized by Google

ſomenis & *Theodoreti* in latinam linguam converſæ & in Libros XII. collectæ.

DCLI.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ, (foliorum 110.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur *Bedæ* preſbyteri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum libri V.

Is codex olim S. Maximini *Trevirenſis non paucas habet lectiones ab editis diverſas.*

DCLII.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans 100. foliis), ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur *Orderici vitalis* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri IV. V. VI. & VII.

Nota rariora eſſe hujus Hiſtoriæ exemplaria manuſcripta.

DCLIII.

Codices duo membranacei in-fol. (quorum Ius. 141. IIus. 169. foliis conſtat), ſæculo XIII°. exarati. Ibi continentur,

1°. Petri *Comeſtoris* Hiſtoria Scholaſtica.

2°. Vita *S. Thomæ* Cantuarienſis Archiepiſcopi. Incipit: *Cum apud omnium fidelium mentes.*

3°. Vita *S. Edmundi* itidem Cantuarienſis Archiepiſcopi. Initium: *Excellentis ingenii.*

Notantur hi codices Stæ Mariæ *Cariloci.*

DCLIV.

DCLIV.

Codex membranaceus in-4°. minori, (foliorum 110.) exeunte ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continetur compendium Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ.

Ad calcem legitur : *Magiſter Jacobus* (de Vitriaco) *Acconenſis epiſcopus compilavit Librum iſtum* ; & infrà paginam à dextris : *iſte liber eſt de Libris Patris mei Petri* Blondelet.

DCLV.

Codex membranaceus in-8°. (foliorum 55.) an. 1502. exaratus. Ibi continetur Hiſtoria præſulum Biſuntinorum per Anonymum quemdam, ut in fronte, manu paulo recentiori, ſcriptum legitur, monachum S. *Pauli* Biſuntini. (Opus, ut videtur, ineditum). Incipit. *Cum ea quæ de Mundi hujus creatione.*

Is codex fuit olim Jacobi Chiffletii *Senatoris Biſuntini.*

DCLVI.

Faſciculus quaternionum in-fol. partim membranaceorum, partim chartaceorum. (conſtans foliis 102.) Ibi continentur,

1°. Privilegium Eccleſiæ S. Patrocli (S. Parre) in diœceſi Trecenſi.

2°. Nomina Pontificum & Imperatorum Romanorum.

Digitized by Google

3°. Explanatio brevis ſuper orationem Dominicam.

4°. Extractum de Libro geſtorum PP. Antiſſiodorenſium.

5°. Sermon de M. de Lingende prononcé aux funérailles de M. de Savoye en l'Egliſe de Paris, 1637.

6°. Colloquium Regis Angliæ cum Rege Franciæ apud Montem-Mirabilem.

7°. Interrogatoire du ſieur de la Lande dans le procès de M. de Marillac.

DCLVII.

Codex chartaceus in-fol. (conſtans foliis 237.) ſæculo XVII°. exaratus ac valdè fœdatus. Ibi continetur *Maffeus Vegius* de rebus antiquis Baſilicæ S. Petri.

Huic codici inſertus eſt quaternio (foliorum 32.) complectens Petri *Mallii* Opuſculum Hiſtoriæ ſacræ ad Alexandrum III. PP.

DCLVIII.

Quaterniones chartacei in-8°. (foliorum 50.) ſæculo XVII°. exarati. Ibi continetur Hiſtoria Baſilicæ S. Mariæ Majoris, per Cardinalem Sirletum. Adjunctæ ſunt litteræ autographæ Cardinalis Barberini Italicè ſcriptæ de Bello moto adverſus Ducem Parmenſem, an. 1643.

Digitized by Google

HAGIOGRAPHI.

DCLIX.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ, (foliorum 142.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi continentur,

1°. Liber S. *Martini* Turonenſis epiſcopi de Trinitate. (Ipſius eſt profeſſio fidei tomo V°. Bibliothecæ Patrun edita.)

2°. Præfatio *Sulpicii Severi* de vitâ Domni Martini epiſcopi ad Deſiderium fratrem ſuum. Sequitur primus ejuſdem de vitâ S. Martini Liber, quem excipit Epiſtola ipſius ad Euſebium presbyterum poſteâ epiſcopum, tùm altera ad Aurelium diaconum; tertia deinde ejuſdem Epiſtola ad Socrum ſuam Baſſulam, *Qualiter S. Martinus de hoc mundo receſſerit*; demum Liber ejuſdem de Tranſitu S. Martini.

3°. Alia Epiſtola de Tranſitu S. Martini, quæ ſic incipit: *Archadio verò & Honorio S. Martinus Turonum epiſcopus plenus virtutibus & ſanctitate*, &c. Hæc è 43°. & ultimo capite libri primi Hiſtoriæ Francorum Gregorii Turonenſis exſcripta ſunt.

4°. Alia Epiſtola de Tranſitu S. Martini ex

Digitized by Google

capite IV. libri primi *Gregorii* Turonenſis deſumpta.

5°. *Sermo S. Ambroſii*, ut legitur, de *Tranſitu S. Martini*; eſt autem caput V^{um} ejuſdem libri Gregorii Turonenſis.

6°. Alius *Sermo*, *quando corpus S. Martini tranſlatum eſt*; ſeu rectius, VI^{um} caput ejuſdem libri Gregorii Turonenſis.

7°. *Sulpitii Severi* de virtutibus S. Martini Dialogorum libri tres.

8°. Verſus (*Sidonii Apollinaris*) in laudem S. Martini.

9°. Vita S. *Briccii* epiſcopi Turonenſis (ex capite I. libri II. Hiſtoriæ Francorum Gregorii Turonenſis mutuata). *Notat* Ruinartius *hoc caput in duobus manuſcriptis codicibus Regis, & Corbeiæ non reperiri. Hîc porrò nomen Autoris non comparet.*

10°. Epitaphium Sindebaldi comitis.

Is codex aureis litteris nonnullis ornatus ac pulcherrime deſcriptus dono datus alias fuerat monaſterio S. Vincentii *Metenſis à Deoderico Metenſi epiſcopo.*

D C L X.

Codex membranaceus in-4°. formæ quadratæ, (foliorum 144.) ſæculo IX°. exaratus. Ibi conti-

nentur eadem quæ in ſuperiori codice Opera; ſed alio eoque lucidiori ordine diſtributa. Gregorii Turonenſis nomen præfixit amanuenſis fragmentis ab eo mutuatis.

Is codex malè compactus fuit olim S. Arnulfi Metenſis.

D C L X I.

Codex membranaceus in-4°. majori, partim ſæculo XI°. partim XIII°. exaratus. Ibi continentur,

1°. *Severi Sulpicii* ac *Gregorii* Turonenſis varia de vitâ & tranſitu S. Martini, qualia in ſuperioribus articulis expreſſa ſunt.

2°. Anonymi de captivo monacho.

3°. Epiſtolæ (apocryphæ) *Fulconis* cognomento *boni*, comitis andegavenſis ad S. Odilonem (rectius Odonem) collactaneum ſuum & abbatem Cluniacenſem.

4°. *Textus Hiſtoriæ tranſlationis in Burgundiam & relationis in urbem Turonum corporis S. Martini à S. Odilone abbate eleganti ſtylo editus.* (Opus apocryphum ab aliis S. Odoni affictum).

5°. *Miracula quæ poſt tranſlationem S. Martini ad ejus ſepulchrum facta ſunt.* Opus ſub nomine *Herberni* primum abbatis Majoris-Monaſterii ac deinde Archiepiſcopi Turonenſis vulgatum),

Digitized by Google

6°. Anonymi de Miraculis S. Martini.

7°. *Ortus, vita & obitus SS. ſeptem Dormientium conſanguineorum B. Martini & in Majori-Monaſterio corporaliter quieſcentium.*

8°. *Miracula, laus & meritum S. Martini.*

9°. Epiſtola *Philippi* Colonienſis Archiepiſcopi ad abbatem & capitulum Majoris-Monaſterii & ad canonicos S. Martini, & eorumdem reſponſio de miraculis S. Martini.

10°. Vita S. Pirminii epiſcopi.

Is codex folia 227. complectens fuit olim Imperialis monaſterii S. Maximini *Trevirenſis.*

DCLXII.

Faſciculus quaternionum membranaceorum in-fol. majori, (complectens folia 56.) Ibi continentur variæ Sanctorum vitæ & paſſiones.

Hi quaterniones ſæculo XIV. exarati è codice S. Vincentii *Metenſis olim avulſi ſunt.*

DCLXIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 181.) ſæculo XI°. exaratus. Ibi continentur, præmiſſo Operis *Gregorii* Turonenſis de Martyrum gloriâ fragmento, Vitæ Sanctorum, quarum index initio præfigitur.

Is codex fuit olim S. Vincentii *Metenſis.*

Digitized by Google

DCLXIV.

Codex membranaceus in-fol. minori, (foliorum 194.) charactere capetiano ſæculi XI[i] exaratus. Ibi continentur,

1°. Vitæ & paſſiones Sanctorum cum Homiliis quibuſdam, quarum omnium index initio præfigitur. (Fol. 10°. r°. legitur : *In Chriſti nomine, in hoc corpore continentur paſſiones vel vitæ Sanctorum, quorum corpora & reliquiæ operâ Domni Deoderici Seniorum Metenſis epiſcopi ab Italiâ Deo miſerante tranſlata ſunt ad monaſterium S. Vincentii martyris ac levitæ à ſe conſtructum in inſulâ Metenſis Urbis.*)

2°. Antiphonæ & reſponſoria, cum notis muſicis in natali S. Vincentii decantari ſolita.

3°. Officium S. *Luciæ.*

4°. Vita *S. Vincentii* metricè à Prudentio elucubrata.

DCLXV.

Codex membranaceus in-fol. (conſtans foliis 264.) ſæculo XIV°. exaratus ac malè compactus. Ibi continentur Vitæ Sanctorum ad menſes Junium, Julium, Auguſtum, & Septembrem ſpectantium.

DCLXVI.

Codex membranaceus in-fol. majori, (476.

Digitized by Google

folia complectens), ineunte ſæculo XIV°. exaratus. Ibi continentur Vitæ Sanctorum cum litteris initialibus auro & minio depictis.

DCLXVII.

Codex membranaceus in-fol. minori, (foliorum 158.) partim ſæculo XII°. partim XIII°. exaratus, ac in fine mutilus. Ibi continentur,

1°. Vitæ Sanctorum, quarum index fronti præfigitur.

2°. Miracula B. Dei genitricis.

Notandum 1°. *vitam* S. Agerici *Virdunenſis epiſcopi in hoc codice comprehenſam nihil aliud eſſe quàm epitomen ejuſdem à Fortunato Pictavienſi compoſitæ; illam verò ſequitur carmen ejuſdem Fortunati in laudem* S. Agerici. 2°. *In indice nullà fit mentio Hiſtoriæ tranſlationis reliquiarum S.* Nicolai *ex Urbe Myra Barium in Appuliâ ſubjunctæ vitis SS.* Cypriani *&* Juſtinæ. 3°. *Vitam* S. Furſæi *excipit Epiſtola imperfecta* Dionyſii *Exigui ad Fidolum de vitâ S.* Pachomii.

DCLXVIII.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 163.) non compactus, valdè mutilus & lacer, partim ſæculo XI°. partim XII°. exaratus. Ibi continentur variæ Sanctorum Vitæ quarum index initio præfigitur.

Digitized by Google

præfigitur. Vitæ S. *Marcellini* quæ cæteris præit, inſerta ſunt reſponſoria de eodem, cum notis muſicis. Miracula Sanctæ *Mariæ* omittuntur in indice. Id autem Opuſculum aliud eſt ab eo quod vulgatum fuit ſub eodem titulo, in hiſtoriâ monaſterii B. *Mariæ* Sueſſionenſis per D. Michaelem Germain, atque ab altero quod occurrit ad calcem Operum Guiberti abbatis Novigentini.

DCLXIX.

Faſciculus quaternionum in-4°. (foliorum 196.) partim ſœculo XI°. partim XII°. in membranis exaratorum. Ibi continentur,

1°. Deſcriptio miraculorum *S. Exuperii* Tholoſani epiſcopi.

2°. Vita B. *Remigii* Remenſis epiſcopi per *Hincmarum*.

3°. Vita *S. Mauri* per *Fauſtum*.

4°. Vita B. *Odonis* per *Joannem* monachum.

5°. Vita B. *Gaufredi* abbatis Saviniacenſis.

6°. Vita B. *Petri* monachi Saviniacenſis.

DCLXX.

Codex membranaceus in-4°. (foliorum 96.) ſæculo XIII°. exaratus. Ibi continentur miracula B. *Thomæ* Cantuarienſis archiepiſcopi in 267 articulos diſtributa.

Kk

Hujus Operis inediti Autor ſynchronus eſt *Benedictus* ex priore Cantuarienſi factus abbas Petroburgenſis. Incipit: *Poſtquam igitur beatiſſimus Chriſti martyr Thomas requievit à laboribus ſuis.*

DCLXXI.

Codices duo chartacei in-fol. (quorum primus foliorum 60. alter 78.) ſæculo XVII°. exarati. Ibi continetur Proceſſus canoniſationis B. *Raymundi* de Pennafort Ordinis Prædicatorum.

DCLXXII.

Codex chartaceus in-fol. parvo, (conſtans foliis 98.) ſæculo XVII°. exaratus. Ibi continetur vita B. Julianæ de Monte-Cornelione Virginis Leodienſis, ſcripta per manum Sororis Catharinæ *Maſt* monialis in valle-Ducis, an. 1476.

Ad calcem legitur: *Collata hæc copia vitæ B. Julianæ* de *Cornelion Libro manuſcripto exiſtenti in archivis abbatiæ Villarienſis in Ducatu Brabantiæ concordat cum ſuo originali ; quod atteſtor ego infrà ſcriptus an. 1671. die Februarii 25. Frater* Ludovicus Pauli *Rafferius, Sacerdos & Villarienſis religioſus & confeſſarius Virginum propè Thenas in Ducatu Brabantiæ.*

DCLXXIII.

Codex chartaceus in-fol. ſæculo XV°. exaratus. Ibi continentur,

Digitized by Google

1°. Bulla canonizationis B. Birgittæ, quam dedit *Bonifacius* IX^{us}.

2°. Confirmatio canonizationis ejuſdem facta per Martinum V^{um}.

3°. Approbatio Ordinis, nec non conſtitutionum ejuſdem per *Urbanum* VI^{um}.

4°. *Conſtitutiones quas Sanctæ memoriæ Domina* Birgitta *ſtatuit & ordinavit per Abbatiſſam, Confeſſores, Fratres & Sorores in monaſterio de Walteno obſervandas.*

5°. Varia ejuſdem Ordinis privilegia.

Conſtat is codex foliis 120.

HISTORICI PROPHANI.

